

## CAPUT XIII

Scripturus evangelista Joannes memorabile illud Domini ministerium, quo discipulis in Pascha priusquam ad passionem iret, pedes lavare dignatus est, primo ipsum nomen Paschae quid mystice signaret, aperire curavit, ita incipiens:

*Ante diem autem festum Paschae sciens Jesus quia venit hora ejus ut transeat ex hoc mundo ad Patrem, cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos.*<sup>1</sup> Pascha quippe *transitus* interpretatur, nomen ex eo vetus habens, quod transierit in eo Dominus per Aegyptum percutiens primogenita Aegypti, et filios Israel liberans, et quod ipsi filii Israel transierint illa nocte de Aegyptia servitute, ut venirent ad terram promissae olim haereditatis et pacis (*Exod.* XII).

Mystice autem significans quod in eo Dominus transiturus esset ex hoc mundo ad Patrem, et quod ejus exemplo fideles, abjectis temporalibus desideriis, abjecta vitiorum servitute, continuis virtutum studiis transire debent ad promissionem patriae coelestis. Quomodo autem transierit Jesus ex hoc mundo ad Patrem, pulchro sermone designat evangelista cum dicit: *Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos* (*ICor.* V)<sup>2</sup>, id est, in tantum dilexit, ut ipsa dilectione vitam ad tempus finiret corporalem, mox de morte ad vitam, de hoc mundo transiturus ad Patrem. *Majorem enim hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam quis ponat pro amicis suis* (*Joan.* XV)<sup>3</sup>. Unde recte uterque transitus, et legalis videlicet, et evangelicus, sanguine consecratus est, ille agni paschalis, iste ejus de quo dicit Apostolus: *Etenim pascha, nostrum immolatus est Christus.*<sup>4</sup> Iste sanguine fuso in cruce, ille in crucis modum medio limine et superliminari medius asperso in postibus.<sup>5</sup>

Pascha non (sicut quidam existimant) Graecum nomen est, sed Hebraeum: opportunissime tamen occurrit in hoc nomine quaedam congruentia utrarumque linguarum. Quia enim *patitur*, Graece *πάσχει* dicitur, ideo pascha passio putata est; *vel* hoc nomen a passione sic appellatum. In sua vero lingua, hoc est Hebraea, pascha *transitus* dicitur, propterea quod tunc primum pascha celebravit populus Dei, quando ex Aegypto fugientes, Rubrum mare transierunt.<sup>6</sup>

Hoc itaque nomen, id est, pascha, quod Latine, ut dixi, *transitus* nuncupatur, velut interpretans nobis beatus evangelista: *Ante diem*, inquit, *festum paschae sciens Jesus quia venit ejus hora, ut transeat ex hoc mundo ad Patrem*. Ecce pascha, ecce transitus. Unde, et quo? De hoc scilicet mundo ad Patrem.

Spes membris in capite est data, quod essent illo transeunte sine dubio secutura. Quid ergo infideles, et ab hoc capite atque ab ejus corpore alieni? nonne et ipsi transeunt,

## CAPO 13

L’evangelista Giovanni, accingendosi a scrivere di quel memorabile ministero del Signore, con cui nella Pasqua, prima di andare alla passione, si è degnato lavare i piedi ai discepoli, dpprima si è curato di spiegare cosa significhi misticamente il nome Pasqua, cominciando così:

*Prima della festa di Pasqua Gesù, sapendo che era venuta la sua ora di passare da questo mondo al Padre, avendo amato i suoi che erano nel mondo, li amò fino alla fine.* Pasqua senza dubbio si traduce passaggio, e perciò ha un nome antico, perché in lui il Signore passò per l’Egitto colpendo i primogeniti d’Egitto, e liberando i figli di Israele, e perché i figli stessi di Israele quella notte passarono dalla schiavitù egiziana, per venire alla terra di eredità e di pace un tempo promessa (cfr Es 12). Ma misticamente significa che in esso il Signore sarebbe passato da questo mondo al Padre, e che per il suo esempio i fedeli, rigettati i desideri temporali, rigettata la schiavitù dei vizi, con continui esercizi di virtù devono passare alla promessa della patria celeste. In che modo, poi, Gesù sia passato da questo mondo al Padre, l’evangelista lo spiega con un bel discorso, quando dice: *avendo amato i suoi che erano nel mondo, li amò fino alla fine* (Gv 13, 1), cioè, li amò tanto da concludere per un periodo la stessa vita corporale, per passare tosto dalla morte alla vita, da questo mondo al Padre. *Nessuno ha un amore più grande di questo: dare la sua vita per i propri amici* (Gv 15, 13). Per cui correttamente l’uno e l’altro passaggio, quello della legge di certo, e l’evangelico, è consacrato col sangue, quello dell’agnello pasquale, questo di colui di cui dice l’Apostolo: *E infatti Cristo, nostra Pasqua, è stato immolato!* Questo col sangue effuso sulla croce, quello a mo’ di croce in mezzo alla soglia e all’architrave mediano, asperso sugli stipiti.

Pasqua non è (come alcuni ritengono) una parola greca, ma ebraica; tuttavia assai opportunamente in questa parola si riscontra qualche coincidenza tra le due lingue. Perché infatti “patisce”, in greco si dice *πάσχει*, per cui pasqua si è ritenuta “passione”; oppure questa parola detta così da passione. In realtà nella sua lingua, cioè l’ebraico, pasqua vuol dire "passaggio", per la ragione che il popolo di Dio celebrò la pasqua per la prima volta allorché, fuggendo dall’Egitto, passarono il Mar Rosso.

Pertanto, quasi interpretandoci questa parola, cioè pasqua, che, come dissi, in latino si traduce "passaggio", il beato evangelista: *Prima della festa, dice, di Pasqua Gesù, sapendo che era venuta la sua ora di passare da questo mondo al Padre*. Ecco pasqua, ecco passaggio. Da dove, e per dove? *Da questo mondo*, certamente, *al Padre*. Nel capo è data alle membra la speranza che senza dubbio lo seguiranno nel passaggio. Che dunque gli infedeli, e gli estranei a questo capo e al suo corpo? non passano forse

## TRACTATUS LV

*Sciens Iesus quia venit hora eius ut transeat ex hoc mundo ad Patrem, cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos* (Io 13, 1-5).

Quid est *in finem* nisi in Christum? *Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti.* Finis perficiens, non interficiens; finis quo usque eamus, non ubi pereamus. Sic omnino intellegendum est: *Pascha nostrum immolatus est Christus.* Ipse est finis noster, in illum est transitus noster.

1. Coena Domini secundum Ioannem, adjuvante ipso, debitis est explicanda tractatibus, et ut nobis posse donaverit, explananda.

*Ante diem autem festum Paschae, sciens Iesus quia venit hora eius ut transeat ex hoc mundo ad Patrem, cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos.*

Pascha, *fratres*, non sicut quidam existimant, graecum nomen est, sed hebraeum: opportunissime tamen occurrit in hoc nomine quaedam congruentia utrarumque linguarum. Quia enim *pati* graece *πάσχειν* dicitur, ideo Pascha passio putata est, *velut* hoc nomen a passione sit appellatum: in sua vero lingua, hoc est in hebraea, Pascha transitus dicitur: propterea tunc primum Pascha celebravit populus Dei, quando ex Aegypto fugientes, Rubrum mare transierunt.

Nunc ergo figura illa prophetica in veritate completa est, cum sicut ovis ad immolandum ducitur Christus, cuius sanguine illitis postibus nostris, id est, cuius signo crucis signatis frontibus nostris, a perditione huius saeculi tamquam a captivitate vel interemptione Aegyptia liberamur; et agimus saluberrimum transitum, cum a diabolo transimus ad Christum, et ab isto instabili saeculo ad eius fundatissimum regnum. Ideo quippe ad Deum permanentem transimus, ne cum mundo transeunte transeamus. De hac nobis collata gratia Deum laudans Apostolus dicit: *Qui eruit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum Filii caritatis suae.*

Hoc itaque nomen, id est, Pascha, quod latine, ut dixi, transitus nuncupatur, velut interpretans nobis beatus Evangelista: *Ante diem*, inquit, *festum Paschae, sciens Iesus quia venit hora eius ut transeat ex hoc mundo ad Patrem*. Ecce Pascha, ecce transitus. Unde, et quo? *De hoc scilicet mundo ad Patrem.*

Spes membris in capite data est, quod essent illo transeunte sine dubio secutura. Quid ergo infideles, et ab hoc capite atque ab eius corpore alieni? nonne et ipsi transeunt,

<sup>1</sup> Gv 13, 1.

<sup>2</sup> In realtà è Gv 13, 1.

<sup>3</sup> Gv 15, 13 Vulg: “Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat qui pro amicis suis.”; Sabatier in nota “Fossat. Habet: *Majorem hanc charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis*, &c. ut sup. S. Mart. *Majorem hac caritatem nemo habet, ut... quis ponat*, &c. [...] Cypr. l. 3. Testim. p. 304. b. *Majorem hac caritatem nemo habet, quam ut animam suam quis ponat pro amicis suis*. Itidem August. in Joh. 13. to. 3. col. 654. b. & in I. Joh. 863. b. 870. g. 871. b. & in Ps. 56. to. 4. 529. g. item in Joh. 13. 667. c. [...] Hieron. l. 3. in epist. ad Gal. to. 4. col. 310. a. *Major hac dilectione non est, quam ut quis animam suam ponat pro amicis suis*.”

<sup>4</sup> 1Cor 5, 7.

<sup>5</sup> Cfr Es 12, 7 Vulg.: “Et sument de sanguine ejus, ac ponent super utrumque postem, et in superliminaribus domorum, in quibus comedent illum.” 23 Vulg.: “Transibit enim Dominus percutiens Aegyptios: cumque viderit sanguinem in superliminari, et in utroque poste, transcendet ostium domus, et non sinet percussorem ingredi domos vestras et laedere.”. Quella di Beda è una rielaborazione volta ad evidenziare la dimensione tipologica della prima pasqua; per l’esattezza dice che le porte degli ebrei vengono segnate col sangue nei punti di intersezione delle mediane del triangolo con i lati della porta: la soglia, l’architrave e gli stipiti, indicando così una croce. Applicazione assai concreta dell’affermazione programmatica di esegesi espressa da Paolo in 1Cor 10, 1-4.

<sup>6</sup> cfr Es 14, 29.

quia non permanent? Transeunt plane et ipsi. Sed aliud est transire de mundo, aliud transire cum mundo, aliud ad Patrem, aliud ad hostem. Nam et Aegyptii transierunt, non enim persequendo manserunt; non tamen transierunt per mare ad regnum, sed in mari ad interitum (*Exod.* XIV).

*Sciens ergo Jesus quia venit ejus hora, ut transiret ex hoc mundo ad Patrem, cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Utique, ut et ipsi de hoc mundo ubi erant, ad suum caput quod hinc transisset, ejus dilectione transirent.

Quid est enim in finem, nisi in Christum? *Finis enim legis Christus,*

ait Apostolus, *ad iustitiam omni credenti (Rom. x).*

Finis perficiens, non interficiens; finis quo usque eamus, non ubi pereamus.

Sic omnino intelligendum est, *Pascha nostrum immolatus est Christus (I Cor. V).* Ipse est enim finis noster in illum est transitus noster.

Intelligendum, *in finem dilexit eos,* usque ad mortem dilexit eos, quia tantum dilexit, ut ipse moreretur propter eos.

*Et coena, inquit, facta, cum diabolus jam misisset in cor ut traderet eum Judas Simonis Iscariotes.*<sup>7</sup>

Coena ergo facta dictum est jam parata, et ad convivantium mensam usumque perducta.

Quod autem ait: *Cum diabolus jam misisset in cor ut traderet eum Judas Simonis Iscariotes,* si quaeris quid missum sit in cor Judae? hoc utique, ut traderet eum. Missio ista spiritualis suggestio est, quae non fit per aurem, sed per cogitationem; ac per hoc non corporaliter, sed spiritualiter. Neque enim spirituale quod dicitur, semper in laudem accipiendum est. Novit Apostolus quaedam spiritualia nequitiae in coelestibus, adversus quae nobis colluctationem esse testatur (*Ephes. VI*)<sup>8</sup>. Non autem essent etiam maligna spiritualia, si non essent etiam maligni spiritus; a spiritu enim spiritualia nominantur.

anche loro, dato che non rimangono? Passano certo anche loro. Ma altro è passare dal mondo, altro passare col mondo, altro al Padre, altro al nemico. Infatti anche gli Egiziani passarono, infatti per inseguire non stettero fermi; tuttavia non passarono attraverso il mare al regno, ma nel mare alla morte.

Dunque, *sapendo che era venuta la sua ora di passare da questo mondo al Padre, avendo amato i suoi che erano nel mondo, li amò fino alla fine.* Certo, perché anch'essi, da questo mondo dove erano, passassero, in virtù del suo amore, al loro capo, che da qui era passato. Che significa infatti *fino alla fine* se non fino a Cristo? *Ora, il termine della Legge è Cristo,* dice l'Apostolo, *perché la giustizia sia data a chiunque crede (Rm 10, 4).* Fine che perfeziona, non che uccide; fine verso cui andiamo, non dove moriamo. Così senza dubbio va inteso: *Cristo, nostra Pasqua, è stato immolato!* (1Cor 5, 7). Egli è infatti il nostro fine, in lui è il nostro passaggio.

*Li amò fino alla fine* va inteso: fino alla morte li amò. Perché li amò a tal punto da morire per loro.<sup>11</sup>

*Fatta la cena, quando il diavolo aveva già messo in cuore a Giuda, figlio di Simone Iscariota, di tradirlo.*

*Fatta,* dunque, *la cena* vale a dire “ormai preparata”, e portata alla mensa e all’uso dei commensali.

Perché però dice: *quando il diavolo aveva già messo in cuore a Giuda, figlio di Simone Iscariota, di tradirlo,* se cerchi che cosa sia stato messo nel cuore di Giuda? appunto questo: *di tradirlo.* Questo “mettere” è una suggestione spirituale, che non avviene attraverso l'orecchio, ma attraverso il pensiero; e quindi non corporalmente, ma spiritualmente. Infatti ciò che si dice spirituale, non sempre si deve intendere come lodevole. L'Apostolo conosce nelle regioni celesti alcune *realtà spirituali di nequizia,* contro le quali attesta che *abbiamo la nostra battaglia* (cfr Ef 6, 12). Ma non vi sarebbero anche realtà spirituali maligne se non esistessero anche spiriti maligni; le realtà spirituali prendono infatti nome da spirito.

quia non permanent? Transeunt plane et ipsi: sed aliud est transire de mundo, aliud est transire cum mundo; aliud ad Patrem, aliud ad hostem. Nam et Aegyptii transierunt; non tamen transierunt per mare ad regnum, sed in mari ad interitum.

**Usque ad mortem illum dilectio ipsa perduxit.**

**2.** *Sciens ergo Jesus quia venit hora eius ut transiret ex hoc mundo ad Patrem, cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Utique ut et ipsi de hoc mundo ubi erant, ad suum caput, quod hinc transisset, eius dilectione transirent.

Quid est enim, *in finem,* nisi, in Christum? *Finis enim Legis Christus,*

ait Apostolus, *ad iustitiam omni credenti.*

Finis perficiens, non interficiens: finis quo usque eamus, non ubi pereamus.

Sic omnino intelligendum est: *Pascha nostrum immolatus est Christus.* Ipse est finis noster, in illum est transitus noster.

Nam video posse ista verba evangelica quodam humano modo etiam sic accipi, tamquam usque ad mortem Christus dilexerit suos, ut hoc videatur esse, *in finem dilexit eos.* Humana est haec sententia, non divina: neque enim nos hucusque ille dilexit, qui semper et sine fine nos diligit. Absit ut dilectionem morte finierit, qui non est morte finitus. Etiam post mortem, quinque fratres suos dilexit dives ille superbus atque impius, et usque ad mortem nos dilexisse putandus est Christus? Absit, carissimi. Nequaquam ille nos diligendo usque ad mortem veniret, si dilectionem nostram morte finiret. Nisi forte ita sit intelligendum, *in finem dilexit eos:* Quia tantum dilexit eos, ut moreretur propter eos. Hoc enim testatus est dicens: *Maiorem hac caritatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* Ita sane non prohibemus intellegi, *in finem dilexit,* id est, usque ad mortem illum dilectio ipsa perduxit.

**3.** *Et coena, inquit, facta, cum diabolus iam misisset in cor, ut traderet eum Judas Simonis Iscariotes:*

*sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, et quia a Deo exiit, et ad Deum vadit, surgit a coena, et ponit vestimenta sua; et cum accepisset linteam, praecinxit se. Deinde mittit aquam in pelvim, et coepit lavare pedes discipulorum, et extergere linteo quo erat praecinctus.* Non ita debemus intellegere coenam factam veluti iam consummatam atque transactam: adhuc enim coenabatur, cum Dominus surrexit et pedes lavit discipulis suis. Nam postea recubuit, et buccellam suo traditori postea dedit, utique coena nondum finita, hoc est, dum adhuc panis esset in mensa.

*Caena ergo facta,* dictum est, iam parata, et ad convivantium mensam usumque perducta.

**Iudas venditor Redemptoris.**

**4.** Quod autem ait: *Cum diabolus iam misisset in cor, ut traderet eum Judas Simonis Iscariotes;* si quaeris quid missum sit in cor Iudae: hoc utique,

*ut traderet eum.* Missio ista, spiritualis suggestio est: non fit per aurem,

sed per cogitationem; ac per hoc non corporaliter,

sed spiritualiter. Neque enim spiritale quod dicitur, semper in laude accipiendum est.

Novit Apostolus quaedam spiritualia nequitiae in coelestibus,

adversus quae nobis colluctationem esse testatur: non autem essent etiam maligna spiritualia, si non essent etiam maligni spiritus.

A spiritu enim spiritualia nominantur.

Sed quomodo ista fiant, ut diabolicae suggestiones immittantur, et humanis cogitationibus misceantur, ut eas tamquam suas deputet homo, unde scit homo? Nec dubitandum est etiam bonas suggestiones a bono spiritu ita latenter ac spiritualiter fieri: sed interest quibusnam earum mens humana consentiat, divino auxilio vel deserta per meritum, vel adiuta per gratiam. Factum ergo iam fuerat in corde Iudae per immissionem diabolicam, ut traderet discipulus magistrum, sed quem non didicerat Deum. Iam talis venerat ad convivium, explorator Pastoris, insidiator Salvatoris, venditor Redemptoris; iam talis venerat, et videbatur, et tolerabatur, et se ignorari arbitrabatur: quia in eo quem volebat fallere, fallebatur. At ille isto in ipso corde intus inspecto, nesciente scienter utebatur.

**5.** *Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus.* Ergo et ipsum traditorem: nam si eum in manibus non haberet, non utique illo uteretur ut vellet. Proinde iam traditor traditus erat ei quem tradere cupiebat, atque ita malum tradendo faciebat, ut de illo tradito bonum fieret quod nesciebat. Sciebat enim Dominus quid faceret pro amicis, qui

<sup>7</sup> Gv 13, 2. NCEI traduce: “2Durante la cena, ...”, seguendo VulgN: “Et in cena, ...”; la traduzione viene adeguata secondo Vulg.

<sup>8</sup> Ef 6, 12. NCEI traduce “spiritualia” con “spiriti”, ma il prosieguo del commento esige una diversa traduzione.

<sup>11</sup> Ho evidenziato in azzurro perché, pur non essendo preso da Agostino, tratta, seppur in modo più conciso e semplice, i medesimi argomenti che anche in Agostino fanno seguito alla citazione.

*Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, et quia a Deo exiit, et ad Deum vadit.*<sup>9</sup> Cum ergo illi Pater omnia dedisset in manus, cur ille discipulorum non manus, sed pedes lavit?

Sciebat quia per humilitatem Incarnationis a Deo exivit, et per victoriam resurrectionis ad Deum erat rediturus, nec Deum eum inde exiret, nec nos deserens cum rediret.

Sciebat quidem omnia haec, et tamen in magnae suae iudicium, in magnae nostrae exemplum humilitatis, surgit a coena, ponit vestimenta sua, lavat pedes discipulorum: non Dei Domini, sed hominis servi implens officium; et eis quoque pedes humiliter abluens, cuius manus in sua traditione noverat, procaciter esse polluendas. Quod si altiori indagine mysterium hoc humillimum nostri Salvatoris pertractare delectet, coena haec sacrosancta, in qua cum discipulis recubuit Dominus, tempus significat universum quo corporaliter in Ecclesia demoratus, et dapibus verbi salutaris, ac miraculorum suorum dulcedine cunctos longe lateque pavit, et ipse audientium fide ac dilectione pastus est, quia quotquot ad gratiam veritatis convertit, per Ecclesiam quasi more vescentium fecit augmentum.

*Surrexit autem a coena, et posuit vestimenta sua.*<sup>10</sup> Quando temporaliter cura hominibus amplius conversari desistens, membra corporis assumpti deposuit in cruce.

*Accepto linteo praecinxit se.*

Quando, accepto a Patre mandato patiendi pro nobis, in ipso passionis exercitio sua membra circumdedit. Solet namque per linteum, quod multifario tormentorum labore conficitur, afflictio passionum figurari. Et Dominus ponens vestimenta, linteo praecingitur, ut significet se habitum corporis quem induit, non sine pressura dolorum, sed longa crucis tribulatione deponere.

*Misit aquam in pelvim, et coepit lavare pedes discipulorum, et extergere linteo quo erat praecinctus.*<sup>15</sup>

Quando defunctus in cruce aquam una cum sanguine de latere suo profudit in terram, quibus credentium opera mundaret, eademque opera non solum passionis sacramentis sanctificare, sed etiam eisdem exemplis confirmare dignatus est.

*Venit ergo ad Simonem Petrum.*<sup>16</sup> Quasi aliquibus jam lavisset, et post eos venisset ad primum. Quis enim nesciat primum apostolorum esse beatissimum Petrum? Sed non ita intelligendum est, quod post aliquos ad illum venerit, sed quod ab illo coeperit. Quando ergo pedes discipulorum lavare coepit, venit ad eum a quo coepit,

*Sapendo che il Padre gli aveva dato tutto nelle mani e che era venuto da Dio e a Dio ritornava.* Avendogli dunque il Padre dato tutto nelle mani, perché egli lavò non le mani dei discepoli, ma i piedi?

Sapeva di essere uscito da Dio per l'umiltà dell'Incarnazione, e per la vittoria della redenzione di essere di ritorno a Dio,<sup>12</sup> e di non essere lui Dio uscito da sé, né di abbandonarci quando sarebbe tornato. Sapeva certo tutto ciò, e tuttavia, a giudizio della sua grande umiltà, a esempio per la nostra grande, si alza da cena, depono i suoi abiti, lava i piedi dei discepoli: compiendo la mansione non del Signore Dio, ma dell'uomo servo; e umilmente lavando persino i piedi a loro, le cui mani sapeva si sarebbero sfacciatamente insozzate nella sua consegna. Se poi piacesse affrontare con una indagine più approfondita questo umilissimo mistero del nostro Salvatore, questa cena sacrosanta, nella quale il Signore s'era adagiato coi discepoli, significa l'intero tempo in cui aveva dimorato corporalmente nella Chiesa, e, con il nutrimento della sua parola salutare, e la dolcezza dei suoi miracoli, nutrì tutti in lungo e in largo, ed egli stesso è stato nutrito dalla fede e dall'amore di chi prestava ascolto, perché quanti convertì alla grazia della verità, li accrebbe per mezzo della Chiesa quasi a mo' di chi pranza.

*Si alzò da tavola, depose le vesti.* Quando, smettendo nel tempo di prendersi ulteriormente cura degli uomini, depose sulla croce le membra del corpo che aveva assunto.

*Prese un asciugamano e se lo cinse attorno alla vita.*<sup>13</sup>

Quando, preso dal Padre il mandato di patire per noi, nello stesso esercizio della passione cinse le sue membra. Si è infatti soliti raffigurare con l'asciugamano - che è consunto dal multiforme lavoro dei tormenti - l'afflizione delle passioni. E il Signore, deponendo i vestiti, cinse l'asciugamano attorno alla vita, per significare che deponeva, non senza pressione dei dolori, ma per il lungo supplizio della croce, l'abito del corpo che aveva indossato.<sup>14</sup>

*Poi versò dell'acqua nel catino e cominciò a lavare i piedi dei discepoli e ad asciugarli con l'asciugamano di cui si era cinto.*

Quando, defunto sulla croce, profuse a terra dal suo fianco acqua insieme al sangue, coi quali purificare le opere dei credenti, si è degnato non solo di santificare quelle opere coi sacramenti della passione, ma anche di confermarle con esempi.

*Venne dunque da Simon Pietro.* Quasi avesse [li] già lavati a qualcuno, e, dopo quelli, venisse al primo. Chi non sa infatti che primo degli apostoli è il beatissimo Pietro? Ma non c'è da pensare così: che sia arrivato a lui dopo gli altri, ma che abbia cominciato da lui. Quando, dunque, cominciò a lavare i piedi dei discepoli, venne a

patienter utebatur inimicis: ac sic omnia dederat Pater in manus eius, et in usum mala, et in effectum bona. *Sciens etiam quia a Deo exiit, et ad Deum vadit:* nec Deum, cum inde exiret; nec nos deserens, cum rediret.

**6.** Haec ergo sciens, *surgit a coena, et ponit vestimenta sua; et cum accepisset linteum, praecinxit se.* Deinde mittit aquam in pelvim, et coepit lavare pedes discipulorum, et extergere linteo quo erat praecinctus. Debemus, dilectissimi, sensum Evangelistae diligenter attendere. Locuturus quippe de tanta Domini humilitate, prius celsitudinem eius voluit commendare. Ad hoc pertinet quod ait:

*Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, et quia a Deo exiit, et ad Deum vadit.* Cum illi ergo omnia Pater dedisset in manus, ille discipulorum non manus, sed pedes lavit;

et cum se sciret a Deo exiisse, et ad Deum pergere, non Dei Domini, sed hominis servi implevit officium. Ad hoc autem pertinet quod etiam de traditore ipsius, qui iam talis venerat, qui nec ab illo ignorabatur, praeloqui voluit; ut hoc quoque ad maximum cumulum humilitatis accederet, quod etiam illi non dedignatus est pedes lavare, cuius manus iam praevidebat in scelere.

**Tota illa eius passio, nostra purgatio est.**

**7.** Quid autem mirum si surrexit a coena, et posuit vestimenta sua, qui cum in forma Dei esset, semetipsum exinanivit? Et quid mirum si praecinxit se linteo, qui formam servi accipiens habitu inventus est ut homo? Quid mirum si misit aquam in pelvim unde lavaret pedes discipulorum, qui in terram sanguinem fudit, quo immunditiam dilueret peccatorum? Quid mirum si linteo quo erat praecinctus, pedes quos laverat, tersit, qui carne qua erat indutus, Evangelistarum vestigia confirmavit? Et linteo quidem ut se praecingeret, posuit vestimenta quae habebat: ut autem formam servi acciperet quando semetipsum exinanivit, non quod habebat deposuit, sed quod non habebat accepit. *Crucifigendus sane suis exspoliatus est vestimentis, et mortuus involutus est linteis: et tota illa eius passio, nostra purgatio est.* Passurus igitur exitia, praemisit obsequia; non solum eis pro quibus erat subiturus mortem, sed etiam illi qui eum fuerat traditurus ad mortem. Tanta est quippe humanae humilitatis utilitas, ut eam suo commendaret exemplo etiam divina sublimitas: quia homo superbus in aeternum periret, nisi illum Deus humilis inveniret. *Venit enim Filius hominis quaerere et salvum facere quod perierat.* Perierat autem superbiam deceptoris secutus, ergo humilitatem Redemptoris sequatur inventus.

## TRACTATUS LVI

*Coepit lavare pedes discipulorum; et venit ad Simonem Petrum* (Io 13, 6-10).

Quotidie pedes lavat nobis qui interpellat pro nobis, et quotidie nos opus habemus ut pedes lavemus, id est, vias spiritualium gressuum dirigamus.

**1.** Cum lavaret pedes discipulorum Dominus: *Venit ad Simonem Petrum; et dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lavas pedes?* Quis enim non expavesceret lavari sibi pedes a Dei Filio? Quamvis itaque magnae fuisset audaciae contradicere servum Domino, hominem Deo: tamen hoc Petrus facere maluit, quam perpeti ut sibi pedes lavarentur a Domino et Deo. Nec putare debemus hoc Petrum inter caeteros formidasse atque recusasse, cum id alii ante ipsum libenter vel aequanimiter sibi fieri permisissent. Facilius quippe sic accipiuntur ista verba Evangelii, quia cum dictum esset: *Coepit lavare pedes discipulorum, et extergere linteo quo erat praecinctus;*

deinde subiunctum est:

*Venit ergo ad Simonem Petrum,* quasi aliquibus iam lavisset, post eos venisset ad primum. Quis enim nesciat primum Apostolorum esse beatissimum Petrum?

Sed non ita intelligendum est quod post aliquos ad illum venerit; sed quod ab illo coeperit. Quando ergo pedes discipulorum lavare coepit, venit ad eum a quo coepit,

<sup>9</sup> Gv 13, 3.

<sup>10</sup> Gv 13, 4 Vulg.: "surgit a coena, et ponit vestimenta sua; et cum accepisset linteum, praecinxit se."; VL: "surrexit a coena, et posuit vestimenta sua; et cum accepisset linteum, praecinxit se."

<sup>12</sup> Anche qui ho evidenziato in azzurro per l'affinità del tema trattato.

<sup>13</sup> Ho evidenziato in ocra questa citazione perché compare in Agostino in questa medesima omelia al § 6.

<sup>14</sup> Anche qui ho evidenziato in ocra scuro per l'affinità del tema trattato.

<sup>15</sup> Gv 13, 5.

<sup>16</sup> Gv 13, 6.

id est, ad Petrum, et tunc Petrus, quod etiam quilibet eorum expavisset, expavit, atque ait:

*Domine, tu mihi lavas pedes?*<sup>17</sup> **Tu mihi?** quid est, *tu?* Quid est, *mihi?* Cogitanda sunt potius quam dicenda, ne forte quod ex his verbis aliquatenus dignum concipit anima, non **explicit** lingua.

*Sed respondit Iesus, et dixit ei: Quod ego facio. tu nescis modo; scies autem postea.*<sup>18</sup> Nec tamen ille, dominici facti altitudine exterritus, permittit fieri quod cur fieret ignorabat, sed usque ad suos pedes humilem Christum adhuc non vult videre, non potest sustinere.

*Non lavabis, inquit, mihi pedes in aeternum.*<sup>19</sup> Quid est, in aeternum? Nunquam hoc feram, nunquam patiar, nunquam sinam. Hoc quippe in aeternum non fit, quod nunquam fit. Tum Salvator aegrum reluctantem de ipsius salutis periculo exterrens:

*Si non laverò te, inquit, non habebis partem mecum.*<sup>20</sup> Ita dictum est *si non laverò te*, cum de solis pedibus ageretur, quomodo dici assolet: calcas me, quando sola planta calcatur. At ille amore et timore turbatus, et plus expavescens Christum sibi negari, quam usque ad pedes suos humiliari:

*Domine (ait) mi, non tantum pedes meos, sed manus, et caput.*<sup>21</sup> Quandoquidem sic minaris, lavanti tibi membra mea, non solum ima non subtrahò, verum etiam prima substerno. Ne mihi neges capiendam tecum partem, nullam tibi nego abluendam mei corporis partem.

*Dicit ei Iesus: Qui lotus est non indiget nisi pedes lavare, sed est mundus totus.*<sup>22</sup>

Totus utique praeter pedes, vel nisi pedes, quos habet opus lavare.

Sed quid est hoc? quid sibi vult? quid hic necessarium est ut quaeramus? Dominus dicit, Veritas loquitur, quod opus habeat pedes lavare etiam ille qui lotus est. Quid, fratres mei, quid putatis? nisi quia homo in sancto quidem baptismo totus abluitur, non praeter pedes, sed totus omnino: verumtamen cum in rebus humanis postea vivitur, utique terra calcatur. Ipsi igitur humani affectus, sine quibus in hac **morlitate**<sup>23</sup> non vivitur, quasi pedes sunt, ubi ex humanis rebus afficimur: et sic afficimur, *ut si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipiamus, et veritas in nobis non sit* (Joan. I)<sup>24</sup>. Quotidie igitur pedes lavat nobis, qui interpellat pro nobis<sup>25</sup>; et quotidie nos opus habere ut pedes lavemus,

in ipsa oratione Dominica profiteamur, cum dicimus: *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris* (Matth. VI). *Si enim confiteamur*, sicut scriptum est, *peccata nostra*, profecto ille qui lavit pedes discipulorum suorum, *fidelis est et justus, qui dimittat nobis peccata nostra, et mundet nos ab omni iniquitate* (Joan. I), id est, usque ad pedes quibus conversamur in terra.

colui dal quale cominciò, cioè a Pietro; e allora Pietro, come uno qualsiasi di loro si sarebbe spaventato, si spaventò, e disse:

«*Signore, tu lavi i piedi a me?*» Tu a me? Cos'è *tu?* Cos'è *a me?* Sono da meditare piuttosto che da dire, perché non accada che ciò che di degno l'anima in qualche modo concepisce da queste parole, la lingua non lo espliciti.

Ma *rispose Gesù: «Quello che io faccio, tu ora non lo capisci; lo capirai dopo»*. Nè tuttavia egli, sgomento per l'altezza del gesto del Signore, permette ciò di cui ignorava perché dovesse essere fatto, ma ancora non vuol vedere Cristo umile ai suoi piedi, non lo può tollerare.

«*Tu non mi laverai, dice, i piedi in eterno!*» Che significa, *in eterno?* Giammai tollererò ciò, giammai sopporterò, giammai permetterò. Infatti questo “in eterno non avverrà” è “giammai avverrà”. Allora il Salvatore, spaventando il malato col pericolo della sua salute:

«*Se non ti laverò, dice, non avrai parte con me*». Viene detto: *se non ti laverò*, pur trattandosi dei soli piedi; così come si è soliti dire: "mi calpesti", quando vengono calpestati i soli piedi. Ma quello, combattuto fra amore e timore, e spaventato che Cristo gli si negasse più che si umiliasse ai suoi piedi:

«*Signore (dice) mio, non solo i miei piedi, ma le mani e il capo!*». Dal momento che minacci così, a te che lavi le mie membra, non solo non sottraggo le infime, ma ti presento anche le superiori. Che tu non mi neghi di aver parte con te; non ti rifiuto nessuna parte del mio corpo da lavare.

*Soggiunse Gesù: Chi ha fatto il bagno, non ha bisogno di lavarsi se non i piedi ed è tutto puro.*

Tutto, certo, tranne i piedi, oppure: non ha bisogno di lavare se non i piedi.

Ma cos'è ciò? cosa vuol dire? cos'è necessario che ricerchiamo qui? Il Signore dice, la Verità parla: ha bisogno di lavare i piedi anche colui che è pulito. Cosa, fratelli miei, cosa pensate? se non che l'uomo nel santo battesimo è lavato tutto, non escludo i piedi, ma assolutamente tutto; ma siccome poi si vive tra le cose umane, di certo si calca la terra. Dunque gli stessi affetti umani, senza i quali non si vive in questa vita mortale, sono quasi piedi, con cui ci relazioniamo alle cose umane; e ci relazioniamo a tal punto che, *se diciamo di essere senza peccato, inganniamo noi stessi e la verità non è in noi* (1Gv 1, 8). Ogni giorno dunque ci lava i piedi, colui che *intercede per noi*; e ogni giorno noi abbiamo bisogno di lavare i piedi;

lo confessiamo nella stessa orazione del Signore, quando diciamo: *Rimetti a noi i nostri debiti, come anche noi li rimettiamo ai nostri debitori* (Mt 6, 12). *Se infatti confessiamo*, come sta scritto, *i nostri peccati*, colui che lavò i piedi ai suoi discepoli senza dubbio è fedele e giusto tanto da perdonarci i peccati e purificarci da ogni iniquità (1Gv 1, 9), cioè, sino ai piedi con cui ci relazioniamo sulla terra.

id est, ad Petrum: et tunc Petrus, quod etiam quilibet eorum expavisset, expavit, atque ait:

*Domine, tu mihi lavas pedes?* Quid est, *tu?* quid est, *mihi?* Cogitanda sunt potius quam dicenda; ne forte quod ex his verbis aliquatenus dignum concipit anima, non **explicit** lingua.

**Christus ad pedes Petri.**

**2.** *Sed respondit Iesus, et dixit ei: Quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea.* Nec tamen ille dominici facti altitudine exterritus, permittit fieri quod cur fieret ignorabat; sed usque ad suos pedes humilem Christum adhuc non vult videre, non potest sustinere.

*Non lavabis mihi, inquit, pedes in aeternum.* Quid est, *in aeternum?* Nunquam hoc feram, nunquam patiar, nunquam sinam: hoc quippe in aeternum non fit, quod nunquam fit. Tum Salvator aegrum reluctantem, de ipsius salutis periculo exterrens:

*Si non laverò te, inquit, non habebis partem mecum.* Ita dictum est: *Si non laverò te*, cum de solis pedibus ageretur; quomodo dici assolet: Calcas me, quando sola planta calcatur. At ille amore et timore perturbatus, et plus expavescens Christum sibi negari, quam usque ad suos pedes humiliari:

*Domine, ait, non tantum pedes meos, sed et manus et caput.* Quandoquidem sic minaris, lavanda tibi membra mea, non solum ima non subtrahò, verum etiam prima substerno. Ne mihi neges capiendam tecum partem, nullam tibi nego abluendam mei corporis partem.

**3.** *Dicit ei Iesus: Qui lotus est, non habet opus nisi pedes lavare, sed est mundus totus.*

Hic moveatur fortassis quis, et dicat: Imo si mundus est totus, quid ei opus est vel pedes lavare? Dominus autem noverat quod dicebat, etiamsi nostra infirmitas eius secreta non penetrat. Verumtamen quantum nos erudire et ex lege sua docere dignatur, pro captu meo, pro modulo meo, aliquid etiam ego de huius quaestionis profunditate, illo adiuvante, respondeam: ac primum ipsam locutionem non sibi esse contrariam facillime ostendam. Quis enim non ita rectissime loqui possit: Mundus est totus, praeter pedes? Elegantius autem loquitur si dicit: Mundus est totus, nisi pedes; quod tantumdem valet. Hoc ergo ait Dominus: *Non habet opus nisi pedes lavare, sed est mundus totus.*

Totus utique praeter pedes, vel, nisi pedes, quos habet opus lavare.

**4.** Sed quid est hoc? quid sibi vult? quid hoc necessarium est ut quaeramus? Dominus dicit, veritas loquitur, quod opus habeat pedes lavare etiam ille qui lotus est. Quid, fratres mei, quid putatis? nisi quia homo in sancto quidem Baptismo totus abluitur, non praeter pedes, sed totus omnino: verumtamen cum in rebus humanis postea vivitur, utique terra calcatur. Ipsi igitur humani affectus, sine quibus in hac mortalitate non vivitur, quasi pedes sunt, ubi ex humanis rebus afficimur; et sic afficimur, ut si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipiamus, et veritas in nobis non sit. Quotidie igitur pedes lavat nobis, qui interpellat pro nobis: et quotidie nos opus habere ut pedes lavemus,

id est, vias spiritualium gressuum dirigamus,

in ipsa oratione dominica confitemur, cum dicimus: *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Si enim confiteamur*, sicut scriptum est, *peccata nostra*, profecto ille qui lavit pedes discipulorum suorum, *fidelis est et iustus qui dimittat nobis peccata, et mundet nos ab omni iniquitate*, id est, usque ad pedes quibus conversamur in terra.

**Ecclesiam suam mundat Christus.**

**5.** Proinde Ecclesia quam mundat Christus lavacro aquae in verbo, non solum in illis est sine macula et ruga, qui post lavacrum regenerationis continuo ex huius vitae

<sup>17</sup> Gv 13, 6.

<sup>18</sup> Gv 13, 7.

<sup>19</sup> Gv 13, 8.

<sup>20</sup> Gv 13, 8.

<sup>21</sup> Gv 13, 9 Vulg.: “Domine, non tantum pedes meos, sed et manus, et caput.”. tra le note del Sabatier non ho trovato testimone per quel “mi”, che trovo splendido perché introduce la dimensione dell’affetto cherisignifica la dipendenza giuridica, come la Maddalena al “giardiniere”: “Hanno portato via il mio Signore”. e lo ha inserito di proposito, come mi sembra suggerire la forma grafica dell’inciso, che non è il solito “, dicit,” ma “(ait)” necessario, ma tra parentesi per non disturbare. Naturalmente integro la traduzione.

<sup>22</sup> Gv 13, 10.

<sup>23</sup> Si tratta di evidente errore di composizione tipografica sfuggito al correttore di bozze; sta per “mortalitate”.

<sup>24</sup> 1GV 1, 8 Vulg.: “Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est.”; Sabatier in nota: “Augustinus ep. 153. to. 2. col. 527. & tr. 41. in Joh. to. 3. part. 2. col. 574. d. legit: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, & veritas in nobis non est*; itidem epist. 157. col. 543. b. & ep. 185. col. 658. f. & in Ps. 38. to. 4. col. 320. a. & l. de contin. to. 6. col. 312. f. & l. de S. virginit. ibid. col. 366. b. sic etiam serm. 301. tom. 5. col. 1222. c. addito *enim*, ante *dixerimus*.”.

<sup>25</sup> Rm 8, 34.

contagione tolluntur, nec calcant terram ut opus habeant pedes lavare; verum etiam in iis quibus istam misericordiam praebens Dominus, fecit eos de saeculo isto lotis etiam pedibus emigrare. In his autem qui hic demorantur, etiamsi munda sit, quoniam iuste vivunt; opus tamen habent pedes lavare, quoniam sine peccato utique non sunt. Propter hoc dicit in Cantico canticorum: *Lavi pedes meos; quomodo inquinabo illos?* Dicit enim hoc cum cogitur ad Christum venire, et terram calcare cum venit. Alia quaestio rursus exoritur. Nonne Christus sursum est? nonne ascendit in coelum, et sedet ad dexteram Patris? nonne Apostolus clamat, et dicit: *Si ergo resurrexistis cum Christo, quae sursum sunt sapite, ubi Christus est ad dexteram Dei sedens, quae sursum sunt quaerite, non quae super terram?* Quomodo ergo ut ad Christum eamus, terram calcare compellimur; cum potius nobis sursum cor habendum sit ad Dominum, ut cum illo esse possimus? Videtis, fratres, hodierni temporis angustias istam coarctare quaestionem. Quod et si vos forte minus videtis, ego utcumque video quantae disputationis indigeat. Unde peto ut eam potius suspendi, quam vel negligentius vel angustius pertractari, non fraudata, sed dilata exspectatione patiamini. Aderit enim Dominus qui nos debitores facit, ut faciat etiam redditores.

## TRACTATUS LVII

*Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lavet (Io 13, 10).*

Quando te praedicamus, terram calcamus ut tibi, Christe, aperiamus; et ideo si reprehendimur, perturbamur; si laudamur inflamur. Lava pedes nostros ante mundatos, sed cum ad aperiendum tibi per terram pergimus, inquinatos.

### **Ecclesia timet inquinare pedes, dum pergit ad Christum.**

**1.** Non immemor mei debiti, iam reddendi tempus agnosco. Donet unde reddam, qui donavit ut debeam. Donavit enim dilectionem, de qua dictum est: *Nemini quidquam debentis, nisi ut invicem diligatis*; donet etiam sermonem, quem video me debere dilectis. Exspectationem vestram ad hoc nempe distuleram, ut explicarem sicut possem, quemadmodum etiam per terram veniatur ad Christum; cum potius iubeamur quae sursum sunt quaerere, non quae super terram. Sursum enim Christus est sedens ad dexteram Patris: sed profecto et hic est; propter quod et Saulo in terra saevienti dicit: *Quid me persequeris?* Ut autem hoc quaerendum suscipereamus, id tractabatur quod pedes Dominus discipulis lavit, cum iam ipsi discipuli loti essent, nec opus haberent, nisi pedes lavare. Ubi visum est intellegendum quod Baptismo quidem homo totus abluitur; sed dum isto postea vivit in saeculo, humanis affectibus terram velut pedibus calcans, ipsa scilicet conversatione vitae huius, contrahit unde dicat: *Dimitte nobis debita nostra*. Ac sic etiam inde mundatur ab eo qui pedes lavit discipulis suis, nec desinit interpellare pro nobis. Hinc occurrerunt ex Cantico canticorum Ecclesiae verba dicentis: *Lavi pedes meos; quomodo inquinabo eos?* cum vellet ire, et aperire ei qui venerat ad eam, et pulsaverat, sibi que aperiri poposcerat, ille *speciosus forma prae filiis hominum*. Hinc quaestio nata est quam coarctare nolimus angustiis temporis, ideoque distulimus, quoniam modo Ecclesia timeat inquinare pedes, dum pergit ad Christum, quos baptisate laverat Christi.

**2.** Sic enim ait: *Ego dormio, et cor meum vigilat; vox fratruelis mei pulsat ad ianuam* Deinde dicit etiam ipse: *Aperi mihi, soror mea, proxima mea, columba mea, perfecta mea; quia caput meum repletum est rore, et crines mei noctis guttis*. Et respondet illa: *Exui me tunica mea; quomodo induam eam? Lavi pedes meos; quomodo inquinabo illos?*

O admirabile sacramentum! o grande mysterium! Ergone timet inquinare pedes, veniendo ad eum qui lavit suorum discipulorum pedes? Timet certe, quia per terram venit ad eum, qui etiam in terra est, quia suos hic constitutos non deserit. An non ipse ait: *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi?* An non ipse ait: *Videbitis coelos apertos, et Angelos Dei ascendentes et descendentes ad Filium hominis?* Si ascendunt ad eum propterea quia sursum est, quomodo ad eum descendunt, si non etiam hic est? Dicit ergo Ecclesia: *Lavi pedes meos; quomodo inquinabo eos?* In eis hoc dicit qui possunt omni faece mundati dicere: *Cupio dissolvi et esse cum Christo, permanere autem in carne magis necessarium propter vos?* In eis hoc dicit qui praedicant Christum et aperiunt illi ostium, ut habitet per fidem in cordibus hominum. In his hoc dicit, cum deliberant utrum ministerium tale suscipiant, cui se minus idoneos existimant, ut sine culpa impleant, ne forte aliis praedicantes, ipsi reprobi fiant.

Tutius enim veritas auditur quam praedicatur: quoniam eum auditur, humilitas custoditur; cum autem praedicatur, vix non subrepat cuivis hominum quantulacumque iactantia, in qua utique inquinantur pedes.

<sup>26</sup>Lavatio pedum illa remissionem quidem peccatorum designat; non tamen eam quae semel in baptisate datur, sed illam potius qua quotidiani fidelium reatus, sine quibus in hac vita non vivitur, quotidiana ejus gratia mundantur. Pedes namque, quibus incedentes terram tangimus, ideoque eos a contagio pulveris, sicut reliquum corpus, immunes custodire nequimus, ipsam terrenae inhabitationis necessitatem designant. *Qui ergo lotus est, non indiget, nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus,*<sup>27</sup> quia qui ablutus est fonte baptismatis in remissionem omnium peccatorum, non indiget rursus, imo non potest eodem modo abluere; sed quotidiana tantum mundanae conversationis contagia, necesse habet quotidiana sui Redemptoris indulgentia tergantur. Est enim toto actionum suarum corpore mundus, exceptis duntaxat iis quae menti necessitate curae temporalis adhaeserunt: ob quorum quotidianam sordidationem simul et mundationem quotidie dicimus orantes: *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris (Matth. VI).*

Verum haec de apostolis eorumque similibus. At nos, qui, divini saepe timoris oblit,

La lavanda dei piedi raffigura certo la remissione dei peccatori; non tuttavia quella che è data una sola volta nel battesimo, ma piuttosto quella per la quale le quotidiane colpe dei fedeli, senza le quali non si vive in questa vita, sono mondate dalla sua grazia quotidiana. I piedi, infatti, con cui camminando tocchiamo terra, e che pertanto non possiamo custodire immuni dal contagio della polvere, come il resto del corpo, designano la necessità stessa dell'abitazione terrena. *Chi dunque ha fatto il bagno, non ha bisogno di lavarsi se non i piedi ed è tutto puro*, perché chi è lavato nel fonte del battesimo per la remissione di tutti i peccati, non ne ha di nuovo necessità, per cui non può essere lavato nello stesso modo; ma ha necessità che soltanto i contagi quotidiani della frequentazione del mondo siano detersi dalla quotidiana indulgenza del suo Redentore. È infatti mondo in tutto il corpo delle sue azioni, eccettuate soltanto quelle che sono aderite all'animo per necessità delle preoccupazioni temporali; per le quali quotidianamente diciamo il quotidiano insozzamento e insieme la ripulitura, pregando: *Rimetti a noi i nostri debiti, come anche noi li rimettiamo ai nostri debitori (Mt 6, 12).*

Questo è vero per gli apostoli e loro simili. Ma noi che, spesso dimentichi del timor

Perché allora ti meravigli se è dato a Giuda il pane di Cristo, per mezzo del quale essere preso dal diavolo, mentre al contrario vedi dato a Paolo l'inviato del diavolo per mezzo del quale divenire perfetto in Cristo<sup>96</sup>? Così il buono ha nociuto al cattivo, e il cattivo ha giovato al buono. Ricordatevi per che motivo è scritto: *chiunque mangia il pane o beve al calice del Signore in modo indegno, sarà colpevole verso il corpo e il sangue del Signore*. E il discorso, quando l'apostolo diceva ciò, verteva su costoro che assumevano il corpo del Signore come un qualsiasi altro cibo con indifferenza e negligenza. Se dunque qui si rimprovera chi non distingue il corpo del Signore dagli altri cibi, come non sarà condannato chi si accosta alla sua mensa come nemico fingendosi amico? Se la negligenza del commensale è fatta oggetto di rimprovero, con che pena sarà colpito chi vende colui che lo ha invitato? Ma cos'era il pane dato al traditore, se non dimostrazione di quale grazia egli fosse ingrato?

Dopo quel pane, dunque, Satana entrò nel traditore del Signore, per prendere più pieno possesso di colui in cui già prima era entrato, e che già gli si era consegnato, per rovinarlo<sup>97</sup>. Non è, infatti, che non fosse in lui quando Giuda si recò dai Giudei, e pattuì il prezzo per tradire il Signore, come esplicitamente attesta e dice l'evangelista Luca: *Satana entrò in Giuda, detto Iscariota, che era uno dei Dodici. Ed egli andò a trattare con i capi dei sacerdoti* (Lc 22, 3-4). Ecco dove si mostra che Satana era già entrato in Giuda. Vi era entrato dapprima immettendo nel suo cuore l'idea di tradire Cristo. Così infatti già era venuto per cenare. Ma ora, dopo il pane, entrò in lui, non con lo scopo di tentare un estraneo, ma per possederlo come suo.

Non allora però, come credono alcuni che leggono con negligenza, Giuda ricevette il corpo di Cristo. C'è da capire, infatti, che già il Signore aveva distribuito a tutti i discepoli il sacramento del suo corpo e sangue, e lì c'era anche lo stesso Giuda, come molto chiaramente racconta san Luca. Poi venne il momento in cui, secondo la narrazione di Giovanni, il Signore rivelò palesemente il traditore per mezzo del boccone che intinse e porse, forse significando, coll'intingere il pane, l'ipocrisia di quello. Non tutte le cose che si intingono, infatti, vengono lavate, ma alcune si intingono per tingerle. Se però l'intinzione significa qui qualcosa di buono, non senza ragione la condanna accompagna chi è ingrato proprio verso questo bene.

Tuttavia sin lì Giuda [era] posseduto non dal Signore ma dal diavolo, dopo che il pane fu entrato nel ventre dell'uomo ingrato, come nemico nell'anima; sin lì, voglio dire, rimaneva<sup>98</sup> il pieno effetto del tanto male già concepito nel cuore, preceduto dal suo esecrabile sentimento. Pertanto il Signore, pane vivo, quando ebbe consegnato il pane al morto, e, porgendo il pane, ebbe rivelato il traditore del pane:

*Quello che vuoi fare*, dice, *fallo presto*. Non ordinò il delitto, ma predisse il male di Giuda, bene per noi. Cosa, infatti, di peggio per Giuda, e cosa di meglio per noi, che la consegna<sup>99</sup> di Cristo, da quello contro sè, a nostro vantaggio a prescindere da quello?<sup>100</sup> *Quello che vuoi fare, fallo presto*. O parola, più volentieri di uno preparato che di uno adirato,

Multum quippe interest, non quid accipiat, sed quis accipiat; nec quale sit quod datur, sed qualis sit ipse cui datur. Nam et bona obsunt, et mala prosunt, sicut fuerint quibus dantur. *Peccatum*, inquit Apostolus, *ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem*. Ecce per bonum factum est malum, dum male accipitur bonum.

Itemque ipse ait: *In magnitudine revelationum mearum ne extollar, datus est mihi stimulus carnis meae, angelus satanae qui me colaphizet. Propter quod ter Dominum rogavi, ut auferret eum a me, et dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea; nam virtus in infirmitate perficitur*. Ecce per malum factum est bonum, dum bene accipitur malum.

Quid ergo miraris si datus est Iudae panis Christi, per quem manciparetur diabolo; cum videas e contrario datum Paulo angelum diaboli, per quem perficeretur in Christo?

Ita et malo bonum obfuit, et malum bono profuit.

Recordamini unde sit scriptum: *Quicumque manducaverit panem, aut biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis et sanguinis Domini*.

Et de his erat sermo, cum hoc Apostolus diceret, qui Domini corpus velut alium cibum quemlibet indiscrete neglegenterque sumebant.

Hic ergo si corripitur qui non dijudicat, hoc est, non discernit a caeteris cibis Dominicum corpus; quo modo damnatur qui ad eius mensam fingens amicum, accedit inimicus? Si reprehensione tangitur neglegentia convivantis,

qua poena percutitur venditor invitantis? Quid erat autem panis traditori datus, nisi demonstratio cui gratiae fuisset ingratus?

2. Intravit ergo post hunc panem satanas in Domini traditorem, ut sibi iam traditum plenius possideret, in quem prius intraverat ut deciperet.

Neque enim non in illo erat quando perrexit ad Iudaeos, et de pretio tradendi Domini pactus est, cum haec apertissime Lucas evangelista testetur et dicat:

*Intravit autem satanas in Iudam, qui cognominabatur Iscariotes, unum de duodecim; et abiit, et locutus est cum principibus sacerdotum*. Ecce ubi ostenditur quod iam intraverat satanas in Iudam. Prius ergo intraverat, immittendo in cor eius cogitationem qua traderet Christum: talis enim iam venerat ad coenandum. Nunc autem post panem intravit in eum, non ut adhuc alienum tentaret, sed ut proprium possideret.

3. Non autem, ut putant quidam neglegenter legentes, tunc Iudas Christi corpus accepit. Intelligentum est enim quod iam omnibus eis distribuerat Dominus Sacramentum corporis et sanguinis sui, ubi et ipse Iudas erat, sicut sanctus Lucas evidentissime narrat: ac deinde ad hoc ventum est, ubi secundum narrationem Ioannis apertissime Dominus per buccellam tinctam atque porrectam suum exprimit traditorem, fortassis per panis tinctionem illius significans fictionem. Non enim omnia quae tinguntur, abluuntur; sed ut inficiantur, nonnulla tinguntur. Si autem bonum aliquid hic significat tinctio, eidem bono ingratum non immerito est secuta damnatio.

**Nisi se traderet Christus, nemo traderet Christum.**

4. Adhuc tamen Iudae possessio, non a Domino, sed a diabolo, cum homini ingrato intrasset panis in ventrem, hostis in mentem; adhuc, inquam, tanti mali iam corde concepti plenus restabat effectus, cuius iam praecesserat damnandus affectus.

Itaque cum Dominus panis vivus panem mortuo tradidisset, et panem tradendo panis traditorem ostendisset:

*Quod facis*, inquit, *fac citius*. Non praecepit facinus; sed praedixit Iudae malum, nobis bonum. Quid enim Iudae peius, et quid nobis melius quam traditus Christus, ab illo adversus illum, pro nobis praeter illum?

*Quod facis, fac citius*. O verbum libentius parati, quam irati!

<sup>85</sup> In realtà Rm 7, 13 Vulg.: “Sed peccatum, ut appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem.”

<sup>86</sup> ICor 11, 27.

<sup>87</sup> In realtà Lc 22, 3-4.

<sup>88</sup> cfr Lc 22, 19-21.

<sup>89</sup> Gv 13, 27.

<sup>95</sup> Per facilitare la lettura di questo assunto si può sottintendere “talvolta”.

<sup>96</sup> Cfr 2Cor 12, 7-10 Vulg.: “datus est mihi stimulus carnis meae angelus Satanae, qui me colaphizet. ...”.

<sup>97</sup> Ritengo che “ut deciperet” non abbia come soggetto Giuda, ma sia in stretto paralleolo con “ut ... possideret”; pertanto, più che “ingannare”, mi pare che sia “ingannarlo del tutto”, “prenderlo giù”, “rovinarlo”.

<sup>98</sup> Ossia: ancora non si era manifestato, realizzato.

<sup>99</sup> Il latino consente un gioco di significante che non riesco a riprodurre: “traditus” è “dato a / consegnato” ma, proprio per questo “tradito”.

<sup>100</sup> In modo un poco meno ermetico: la consegna di Cristo (ai capi del sinedrio / tradimento) è ciò che di peggio possa capitare a Giuda, e di meglio a noi; perché lui, contro il proprio bene / interesse, ha tradito Cristo, mentre per noi, a prescindere da Giuda e dalla sua colpa, la cattura e conseguente condanna di Cristo è occasione / motivo di redenzione.

non tam in perniciem perfidi saeviendo, quam ad salutem fidelium festinando, quia traditus est propter delicta nostra, et dilexit Ecclesiam, et seipsum tradidit pro ea (Rom. IV)<sup>90</sup>. Unde et de hoc dicit Apostolus:

*Qui me dilexit, et tradidit seipsum pro me* (Eph. V)<sup>91</sup>. Nisi ergo se traderet Christus, nemo traderet Christum. Quid habet Judas, nisi peccatum?

Neque enim in tradendo Christo salutem nostram cogitavit, propter quam est traditus Christus, sed cogitavit pecuniae lucrum, et invenit animae detrimentum.

Quod facis, fac citius, non quia tu potes, sed quia hoc vult, qui totum potest.

*Hoc autem nemo scivit discumbentium ad quid dixerit ei. Quidam enim putabant quia oculos habebat Judas, quia dicit ei Iesus: Eme ea quae opus sunt nobis ad diem festum, aut ut egenis aliquid daret.*<sup>92</sup> Habebat ergo Dominus oculos, et a fidelibus oblata conservans et suorum necessitatibus, et aliis indigentibus tribuebat. Tunc primum ecclesiasticae pecuniae forma est instituta, ubi intelligeremus quod praecipit non cogitandum esse de crastino (Matth. VI), non ad hoc fuisse praeceptum, ut nihil pecuniae servaretur a sanctis, sed ne Deo propter ista serviatur, et propter inopiae timorem iustitia deseratur. Nam et Apostolus in posterum providens ait: *Si quis fidelis habet viduas, sufficienter tribuat eis, ut non gravetur Ecclesia, quo veris viduis sufficere possit* (Tim. V)<sup>93</sup>.

*Cum ergo accepisset buccellam, exiit continuo. Erat autem nox* (Et ipse qui exiit, erat nox. Cum ergo exisset nox) ait Iesus: *Nunc clarificatus est Filius hominis.*<sup>94</sup> Dies ergo diei eructat verbum (Psal. XVIII), id est, Christus discipulis fidelibus ut audirent eum, et amarent sequendo, et nox nocti annuntiavit scientiam (Ibid.), id est Judas Judaeis infidelibus, ut venirent ad eum, et apprehenderent persequendo.

non tanto nell'inferire nella rovina del perfido, ma nell'affrettarsi alla salvezza dei fedeli, poiché è stato consegnato alla morte a causa delle nostre colpe (Rm 4, 25), ed ha amato la Chiesa e ha dato se stesso per lei (Ef 5, 25). Per cui di ciò l'Apostolo dice: *che mi ha amato e ha consegnato se stesso per me* (Gal 2, 20). Infatti se Cristo non si fosse consegnato, nessuno avrebbe consegnato Cristo. Cosa ha Giuda, se non colpa? Né, infatti, nel consegnare Cristo ha pensato alla nostra salvezza, per la quale Cristo si è offerto, ma ha pensato al guadagno di soldi, e trovato la perdita dell'anima.

*Quello che vuoi fare, fallo presto*, non perché tu puoi, ma perché questo vuole colui che tutto può.

*Nessuno dei commensali capì perché gli avesse detto questo; alcuni infatti pensavano che, poiché Giuda teneva la cassa, Gesù gli avesse detto: «Compra quello che ci occorre per la festa», oppure che dovesse dare qualche cosa ai poveri.* Il Signore dunque aveva uno scrigno dove conservare le offerte dei fedeli, per soccorrere le sue necessità e altri bisognosi. Allora per la prima volta prese forma il tesoro della Chiesa, dal che capiremo che l'aver prescritto di non preoccuparsi del domani (cf. Mt 6, 34) non fu prescritto perché i santi non accantonassero alcuna ricchezza, ma perché non si serva a Dio per questa, e non si trascuri la giustizia per timore dell'indigenza. Infatti anche l'Apostolo in seguito, occupandosi di previdenza, dice: *Se qualche fedele ha con sé delle vedove, provveda a loro, e il peso non ricada sulla Chiesa, perché questa possa venire incontro a quelle che sono veramente vedove* (1Tm 5, 16).

*Egli, preso il boccone, subito uscì. Ed era notte.* (Anche colui che uscì era notte. Quando fu uscit[a] la notte), *Gesù disse: Ora il Figlio dell'uomo è stato glorificato. Il giorno dunque al giorno ne affida il racconto* (Sal 18, 3), cioè Cristo ai discepoli fedeli, perché lo ascoltassero, e amassero seguendolo; *e la notte alla notte ne trasmette notizia* (ibid.), cioè Giuda ai Giudei infedeli, perché si avvicinasero a lui, e lo prendessero per perseguitarlo.

o verbum non tam poenam exprimens proditoris, quam mercedem significans Redemptoris! Dixit enim: *Quod facis, fac citius*, non tam in perniciem perfidi saeviendo, quam ad salutem fidelium festinando; quia traditus est propter delicta nostra, et dilexit Ecclesiam, et semetipsum tradidit pro ea. Unde et de seipso dicit Apostolus:

*Qui dilexit me, et tradidit seipsum pro me.* Nisi ergo se traderet Christus, nemo traderet Christum. Quid habet Iudas, nisi peccatum?

Neque enim in tradendo Christo salutem nostram cogitavit, propter quam traditus est Christus, sed cogitavit pecuniae lucrum, et invenit animae detrimentum.

Accepit mercedem quam voluit, sed nolenti est data quam meruit. Tradidit Iudas Christum, tradidit Christus seipsum: ille agebat negotium suae venditionis, iste nostrae redemptionis.

*Quod facis, fac citius*, non quia tu potes, sed quia hoc vult qui totum potest.

*5. Hoc autem nemo scivit discumbentium ad quid dixerit ei. Quidam enim putabant, quia oculos habebat Iudas, quia dicit ei Iesus: Eme ea quae opus sunt nobis ad diem festum; aut egenis ut aliquid daret.* Habebat ergo et Dominus oculos, et a fidelibus oblata conservans, et suorum necessitatibus et aliis indigentibus tribuebat. Tunc primum ecclesiasticae pecuniae forma est instituta, ubi intellegeremus quod praecipit non cogitandum esse de crastino, non ad hoc fuisse praeceptum, ut nihil pecuniae servetur a sanctis; sed ne Deo pro ista serviatur, et propter inopiae timorem iustitia deseratur. Nam et Apostolus in posterum providens, ait: *Si quis fidelis habet viduas, sufficienter tribuat eis, ut non gravetur Ecclesia, quo veris viduis sufficere possit.*

*6. Cum ergo accepisset ille buccellam, exiit continuo. Erat autem nox.* Et ipse qui exivit, erat nox. *Cum ergo exisset nox, ait Iesus: Nunc clarificatus est Filius hominis.* Dies ergo diei eructavit verbum, id est, Christus discipulis fidelibus, ut audirent eum, et amarent sequendo; et nox nocti annuntiavit scientiam, id est, Iudas Judaeis infidelibus, ut venirent ad eum, et apprehenderent persequendo.

Sed iam hinc in sermonem Domini, qui factus est ad pios, antequam teneretur ab impiis, intentior flagitatur auditor; et ideo cum praecipitare non debet, sed differre potius disputator.

### TRACTATUS LXIII

*Nunc clarificatus est Filius hominis* (Io 13, 31-32).

Altius est perscrutandum Altissimi dictum, qui se aliquantum manifestat ut inveniamus, et iterum occultat ut inquiramus, et de inventis adveniendae tamquam passibus innitamus. Video hic aliquid quod praefigurat magnum aliquid. Exiit Iudas et clarificatus est Iesus.

#### **Quaeramus inveniendum, quaeramus inventus.**

**1.** Intendamus mentis obtutum, et adiuvante Domino, Deum requiramus. Divini cantici vox est: *Quaerite Deum, et vivet anima vestra.* Quaeramus inveniendum, quaeramus inventum. Ut inveniendus quaeratur, occultus est; ut inventus quaeratur, immensus est. Unde alibi dicitur: *Quaerite faciem eius semper.* Satiat enim quaerentem in quantum capit; et invenientem capaciorem facit ut rursus quaerat impleri, ubi plus capere coeperit. Non ergo ita dictum est: *Quaerite faciem eius semper*, quemadmodum de quibusdam. *Semper discentes, et ad scientiam veritatis nunquam pervenientes*; sed potius sicut ille ait: *Cum consummaverit homo, tunc incipit:* donec ad illam vitam veniamus, ubi sic impleamur, ut capaciores non efficiamur, quia ita perfecti erimus, ut iam non proficiamus. Tunc enim ostendetur nobis quod sufficit nobis. Hic autem semper quaeramus, et fructus inventionis non sit finis inquisitionis. Neque enim propterea non semper, quia hic tantum; sed ideo hic semper dicimus esse quaerendum, ne aliquando hic putemus ab inquisitione cessandum. Nam et de quibus dictum est: *Semper discentes, et ad veritatis scientiam nunquam pervenientes*; hic sunt utique

<sup>90</sup> Questa, e la prossima citazione, sono posizionate male; mi adeguo al posizionamento proposto dal testo di Agostino.

<sup>91</sup> Come detto, “Eph 5, 25” andava collocato appena prima; qui in realtà è Gal 2, 20.

<sup>92</sup> Gv 13, 28-29.

<sup>93</sup> Si tratta di 1Tm 5, 16 Vulg.: “Si quis fidelis habet viduas, subministret illis, et non gravetur ecclesia : ut iis quæ vere viduæ sunt, sufficiat.”; VL: “Si quis fidelis, vel si qua fidelis habet viduas, sufficienter tribuat illis: ut non gravetur Ecclesia, ut veris viduis sufficiat.”.

NCEI traduce: “Se qualche donna credente ha con sé delle vedove, provveda lei a loro, e il peso non ricada sulla Chiesa, perché questa possa venire incontro a quelle che sono veramente vedove.”; viene adeguata su Vulg.

<sup>94</sup> Gv 13, 30-31 Vulg.: “Cum ergo accepisset ille buccellam, exivit continuo. Erat autem nox. Cum ergo exisset, dixit Iesus: Nunc clarificatus est filius hominis.”.



Quid ergo ait Dominus, posteaquam Judas exiit, ut citius faceret quod erat facturus, hoc est Dominum traditurus? Quid ait dies, cum exisset nox?

Quid ait Redemptor, cum exisset venditor? *Nunc*, inquit, *clarificatus est Filius hominis*.<sup>101</sup> Quare *nunc*? Nunquid quia exiit qui tradat, quia imminet qui teneant et occidant? Itane nunc clarificatus est, quia prope est ut amplius humilietur, quia jam impendit ut alligetur, ut iudicetur, ut condemnetur, ut irrideatur, ut crucifigatur, ut interimatur? Haccine est glorificatio,

an potius humiliatio? Nonne quando miracula faciebat, ait tamen de illo iste ipso Joannes: *Spiritus non erat datus, quia Iesus nondum erat clarificatus* (Joan. VII)<sup>102</sup>? Tunc ergo nondum erat glorificatus, cum mortuos suscitaret;

et nunc est glorificatus, cum morti propinquaret? Nondum erat clarificatus, faciens divina, et glorificatus est passurus humana? Mirum si hoc Deus ille magister significabat, et dicebat his verbis. Altius est perscrutandum Altissimi dictum, qui se aliquantum manifestat ut inveniamus,

et iterum occultat ut inquiramus, et de inventis ad invenienda tanquam passibus innitatur. Video hic aliquid quod praefigurat magnum aliquid. Exiit Judas, et clarificatus est Iesus. Exiit filius perditionis, et clarificatus est Filius hominis. Ille quippe exierat, propter quem dictum eis erat: *Et vos mundi estis, sed non omnes* (Hic, supra)<sup>103</sup>. Exeunte itaque immundo, omnes mundi remanserunt, et cum suo mundatore remanserunt. Tale aliquid erit, cum victus a Christo transierit hic mundus, et nemo in populo Christi remanebit immundus,

cum, zizaniis a tritico separatis, iusti fulgebunt sicut sol in regno Patris sui (Matth. XIII)<sup>104</sup>. Hoc futurum praevidens Dominus, et nunc significatum esse contestans, discedente Iuda, tanquam zizaniis separatis, remanentibus tanquam tritico apostolis sanctis: *Nunc*, inquit, *clarificatus est Filius hominis*, tanquam diceret:

Ecce in mea illa clarificatione quid erit ubi malorum nullus erit, ubi bonorum nullus perit. Sic autem non est dictum: Nunc significata est clarificatio Filii hominis, sed dictum est: *Nunc clarificatus est Filius hominis*;

quemadmodum non est dictum: Petra significabat Christum, sed *Petra erat Christus* (I Cor. XIX)<sup>105</sup>. Nec dictum est: Bonum semen significat filius regni, aut zizania significant filios maligni, sed dictum est: *Bonum semen, hi sunt filii regni, zizania autem filii maligni* (Matth. XIII)<sup>106</sup>. Sicut ergo solet loqui Scriptura, res significantes tanquam illas quae significantur appellans, ita locutus est Dominus dicens: *Nunc clarificatus est Filius hominis*, posteaquam separato inde nequissimo, et secum remanentibus sanctis, significata est clarificatio ejus, quando, separatis iniquis, manebit in aeternitate cum sanctis.

Cum autem dixisset: *Nunc clarificatus est Filius hominis*, adiunxit:

*Et Deus clarificatus est in eo*.<sup>107</sup> Ipsa enim clarificatio Filii hominis est, ut Deus clarificetur in eo. Si enim non ipse in seipso, sed Deus clarificatur in illo, tunc Deus illum in se clarificat. Denique tanquam ista exponens adiungit et dicit:

Cosa disse dunque il Signore, dopo che Giuda fu uscito per fare subito quanto si accingeva a fare, cioè tradire il Signore? Cosa disse il giorno, come fu uscita la notte? Cosa disse il Redentore, come fu uscito il venditore? *Ora*, disse, *il Figlio dell'uomo è stato glorificato*. Perché *ora*? Forse perché è uscito chi tradisce, perché sono imminenti quelli che [lo] catturano e uccidono? E così, ora è stato glorificato, perché sta per essere ancor più umiliato, perché già è imminente che sia legato, sia giudicato, sia condannato, sia irriso, sia crocifisso, sia ucciso? È questa dunque una glorificazione, o non piuttosto una umiliazione? Quando faceva miracoli, proprio Giovanni non disse forse dello stesso: *non vi era ancora lo Spirito, perché Gesù non era ancora stato glorificato* (Gv 7, 39)? Dunque non era ancora glorificato allorché risuscitava i morti, ed è glorificato adesso che si avvicina alla morte? Non era ancora glorificato quando faceva cose divine, ed è glorificato che sta soffrendo le umane? Sorprenderebbe se Dio, il maestro, avesse spiegato e insegnato con queste parole. C'è da penetrare più profondamente ciò che l'Altissimo ha detto, lui che si manifesta quel tanto per trovarlo, e di nuovo si nasconde affinché cerchiamo, e ci appoggiamo, come a gradini, alle cose scoperte per scoprirne. Vedo qui qualcosa che prefigura qualcosa di grande. Giuda è uscito, e Gesù è glorificato. È uscito il figlio della perdizione, ed è glorificato il Figlio dell'uomo. Era uscito senza dubbio colui a causa del quale aveva detto loro: *e voi siete puri, ma non tutti* (Qui, 13, 10). E così, uscendo l'immondo, rimasero tutti i mondi, e rimasero con chi li mondava. Qualcosa di simile ci sarà quando questo mondo, vinto da Cristo, sarà passato, e nel popolo di Cristo non rimarrà nessun immondo; quando, separata la zizzania dal grano, *i giusti splenderanno come il sole nel regno del Padre suo* (Mt 13, 43). Il Signore, prevedendo questo futuro, ed evidenziando che "ora" significa: quando Giuda se ne va, come la zizzania separata, e rimangono i santi Apostoli, come il grano: *Ora*, dice, *il Figlio dell'uomo è stato glorificato*, come a dire: Ecco cosa ci sarà nella mia glorificazione, quando non vi sarà alcun malvagio, quando nessun buono andrà perduto. Non viene, però, detto: *Ora* è simboleggiata la glorificazione del Figlio dell'uomo, ma viene detto: *Ora il Figlio dell'uomo è stato glorificato*, così come non è detto: La pietra simboleggiava Cristo, ma: *quella roccia era il Cristo* (1Cor 10, 4). Neppure è detto: Il buon seme simboleggia i figli del regno, o la zizzania i figli del maligno, ma si dice: *il seme buono sono i figli del Regno. La zizzania sono i figli del Maligno* (Mt 13, 38). Come dunque è solita dire la Scrittura, che chiama i significanti come i significati, così parla il Signore dicendo: *Ora il Figlio dell'uomo è stato glorificato*, dopo che, separato da lui il più perfido e rimasti con lui i santi, fu simboleggiata la sua glorificazione, quando, allontanati i malvagi, rimarrà per l'eternità coi santi.

Dopo aver detto: *Ora il Figlio dell'uomo è stato glorificato*, aggiunse:

*e Dio è stato glorificato in lui*. Questa infatti è la glorificazione del Figlio dell'uomo: che Dio sia glorificato in lui. Se, infatti, non lui in se stesso, ma Dio è glorificato in lui, allora Dio lo glorifica in sé. Infine, quasi spiegandola, aggiunge e

semper discentes; cum vero de hac vita exierint, iam non erunt discentes, sed, erroris sui mercedem recipientes. Sic enim dictum est: *Semper discentes, et ad veritatis scientiam nunquam pervenientes*; tamquam diceretur: Semper ambulantes, et ad viam nunquam pervenientes. Nos autem semper ambulemus in via, donec eo veniamus quo ducit via; nusquam in ea remaneamus, donec perducatur ubi maneamus: atque ita, et quaerendo tendimus, et inveniendo ad aliquid pervenimus, et ad id quod restat quaerendo et inveniendo transimus, quo usque ibi fiat finis quaerendi, ubi perfectioni non superest intentio proficiendi. Haec praelocutio, dilectissimi, intentam fecerit Caritatem vestram ad istum Domini sermonem, quem ad discipulos habuit ante passionem: profundus est enim, et utique ubi multum laboraturus est disputator, non remissus debet esse auditor.

**Clarificatio an potius humiliatio?**

2. Quid ergo ait Dominus posteaquam Iudas exiit, ut citius faceret quod erat facturus, hoc est, Dominum traditurus? Quid ait dies, cum exisset nox?

Quid ait Redemptor, cum exisset venditor? *Nunc*, inquit, *clarificatus est Filius hominis*. Quare *nunc*? Numquid quia exiit qui tradat, quia imminet qui teneant et occidant?

Itane *nunc clarificatus est*, quia prope est ut humilietur amplius:

*cui* iam impendit ut alligetur, ut iudicetur, ut condemnetur, ut irrideatur,

ut crucifigatur, ut interimatur? Haecine est clarificatio,

an potius humiliatio? Nonne quando miracula faciebat, ait tamen de illo iste Ioannes: *Spiritus non erat datus, quia Iesus nondum erat glorificatus*?

Tunc ergo nondum erat glorificatus, cum mortuos suscitaret;

et nunc est glorificatus, cum mortuis propinquaret? nondum erat glorificatus faciens divina, et glorificatus est passurus humana? Mirum, si hoc Deus ille magister significabat et docebat his verbis. Altius est perscrutandum Altissimi dictum, qui se aliquantum manifestat ut inveniamus,

et iterum occultat ut inquiramus, et de inventis ad invenienda tanquam passibus innitatur. Video hic aliquid quod praefigurat magnum aliquid. Exiit Iudas, et clarificatus est Iesus; exiit filius perditionis, et clarificatus est Filius hominis. Ille quippe exierat, propter quem dictum erat eis: *Et vos mundi estis, sed non omnes*.

Exeunte itaque immundo, omnes mundi remanserunt, et cum suo mundatore manserunt. Tale aliquid erit cum victus a Christo transierit hic mundus, et nemo in populo Christi remanebit immundus;

cum zizaniis a tritico separatis, iusti fulgebunt sicut sol in regno Patris sui.

Hoc futurum praevidens Dominus, et nunc significatum esse contestans, discedente Iuda tanquam zizaniis separatis, remanentibus tanquam tritico Apostolis sanctis: *Nunc*, inquit, *clarificatus est Filius hominis*: tanquam diceret:

Ecce in illa mea clarificatione quod erit, ubi malorum nullus erit, ubi bonorum nullus perit. Sic autem non est dictum: Nunc significata est clarificatio Filii hominis; sed dictum est: *Nunc clarificatus est Filius hominis*;

quemadmodum non est dictum: Petra significabat Christum; sed: *Petra erat Christus*. Nec dictum est: Bonum semen significabat filios regni, aut, zizania significabant filios maligni, sed dictum est: *Bonum semen hi sunt filii regni; zizania autem, filii maligni*. Sicut ergo solet loqui Scriptura, res significantes tanquam illas quae significantur appellans; ita locutus est Dominus dicens: *Nunc clarificatus est Filius hominis*:

posteaquam separato inde nequissimo, et secum remanentibus sanctis, significata est clarificatio eius, quando separatis iniquis manebit in aeternitate cum sanctis.

3. Cum autem dixisset: *Nunc clarificatus est Filius hominis*; adiunxit:

*Et Deus clarificatus est in eo*. Ipsa est enim clarificatio Filii hominis, ut Deus clarificetur in eo. Si enim non ipse in seipso, sed Deus in illo clarificatur, tunc illum Deus in se clarificat. Denique tanquam ista exponens, adiungit, et dicit:

<sup>101</sup> Gv 13, 31.

<sup>102</sup> Gv 7, 39 Vulg.: "nondum enim erat Spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus."

<sup>103</sup> Si tratta di Gv 13, 10.

<sup>104</sup> Mt 13, 43 Vulg.: "iusti fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum."; VL: "iusti fulgebunt sicut sol in regno Patris sui.". È la conclusione della parabola della zizzania. Quanto alla differenza tra "eorum" e "sui", mi pare che quest'ultimo sia da riferire al soggetto principale della parabola, il "filius hominis": il regno di Cristo è già ora e dura sino alla "consummatio saeculi", quando lui manda gli angeli per fare pulizia; poi consegnerà il suo regno al Padre perché Dio sia tutto in tutti. "Tunc" i giusti, cioè quelli rimasti dopo la cernita, rifulgeranno nel regno di suo Padre (1Cor 15, 28).

<sup>105</sup> In realtà è 1Cor 10, 4.

<sup>106</sup> Mt 13, 38 Vulg.: "Bonum vero semen, hi sunt filii regni. Zizania autem, filii sunt nequam."; Sabatier in nota: "Clerom. [...] *Zizania autem, sunt filii maligni*. Cantabrig. [...] *Zizania autem, sunt filii maligni*. Apud Iren. l. 4. c. 40. p. 287. a. [...] et infra 288. a. *Zizania, sunt filii maligni*. August. in Joh. 13. to. 3. 671. d. *Zizania, sunt filii maligni*."

<sup>107</sup> Gv 13, 31.

*Si Deus clarificatus in eo, et Deus clarificabit eum in semetipso.*<sup>108</sup> Hoc est, si Deus clarificatus est in eo, quia non venit facere voluntatem suam, sed voluntatem ejus qui misit illum; et Deus clarificavit eum in semetipso, ut natura humana, in qua est Filius hominis, quae a Verbo aeterno suscepta est, etiam immortalī aeternitate donetur; et continuo, inquit, *clarificabit eum*,<sup>109</sup> resurrectionem scilicet suam, non sicut nostram in fine saeculi, sed continuo futuram hac attestazione praedicens. Ipsa est enim clarificatio de qua evangelista jam dixerat, quod paulo ante commemoravi, quia propterea nondum erat spiritus datus, illo utique novo modo in eis quibus fuerat eo modo post resurrectionem credentibus dandus, quia Jesus nondum erat clarificatus, id est, nondum fuerat mortalitas immortalitate vestita, et in aeternam virtutem temporalis iufirmitas commutata. Potest et de ista clarificatione dictum videri: *Nunc cfarificatus est Filius hominis*, ut quod ait *nunc*, non ad imminente[m] passionem, sed ad vicinam rasurrectionem pertinere credatur, tanquam fuerit factum, quod erat tam proxime jam futurum.

*Filioli, adhuc modicum vobiscum sum.*<sup>112</sup> Ne putarent ergo quod sic eum clarificaturus esset Deus, ut non eis conjungeretur ulterius ea conversatione qua in terra est, *Adhuc*, inquit, *modicum vobiscum sum*; tanquam diceret: Continuo quidem resurrectione clarificabor, non tamen continuo ascensurus **sum** in coelum, sed adhuc modicum vobiscum sum. Sicut enim scriptum est in Actibus apostolorum: *Fuit cum eis post resurrectionem quadraginta dies intrans et exiens, manducans et bibens* (Act. I)<sup>113</sup>, non quidem habens esuriendi ac sitiendi egestatem, sed usque ad ista carnis insinuans veritatem, quia cibandi et potandi jam non habebat necessitatem, sed potestatem. Hoc ergo, quadraginta dies, significavit dicendo: *Adhuc modicum vobiscum sum*; an aliquid aliud? Potest enim et sic intelligi: *Adhuc modicum vobiscum sum*, adhuc sicut vos in hac infirmitate carnis etiam ipse sum, donec scilicet moreretur, ac resurgeret, quia posteaquam resurrexit, cum illis quidem fuit diebus, ut dictum est, quadraginta, exhibitione corporalis praesentiae, sed non cum illis fuit consortio infirmitatis humanae.

Est et alia divina praesentia sensibus ignota mortalibus, de qua item dicit: *Ecce ego*

dice:

*Se Dio è stato glorificato in lui, anche Dio lo glorificherà da parte sua.* Cioè: Se Dio è stato glorificato in lui, in quanto egli non è venuto a fare la propria volontà ma la volontà di colui che lo ha mandato, anche Dio lo glorificherà in sé stesso, affinché la natura umana, nella quale è il Figlio dell'uomo, e che è stata assunta dal Verbo eterno, sia donata anche all'eterna immortalità<sup>110</sup>; *E lo glorificherà*, dice, *subito*, certo predicendo con questa attestazione la sua risurrezione, non come la nostra alla fine del secolo, ma che subito si realizzerà. Questa è infatti la glorificazione di cui l'evangelista aveva già detto, come dianzi ricordavo, perché per questo *lo spirito non era ancora dato*, certo in quel modo nuovo, a coloro cui sarebbe stato dato, credenti dopo la risurrezione: *perché Gesù non era ancora stato glorificato*<sup>111</sup>; cioè, la mortalità non era stata ancora rivestita d'immortalità, e la fragilità temporale commutata nella potenza eterna. Si può ritenere detto anche di questa glorificazione: *Ora il Figlio dell'uomo è stato glorificato*, così che [il fatto che] dica *ora*, non sia ritenuto riferirsi all'imminente passione, ma alla risurrezione prossima, come se fosse avvenuto ciò che ormai era così vicino.

*Figlioli, per poco ancora sono con voi.* Affinché dunque non ritenessero che Dio lo stesse ormai per glorificare, così che egli non sarebbe ulteriormente rimasto con loro, in quella frequentazione, che si svolge in terra, *Per poco*, dice, *ancora sono con voi*; come dicesse: Certo, sarò subito glorificato con la risurrezione, tuttavia non salirò subito in cielo, ma ancora per poco sono con voi. Come infatti è scritto negli Atti degli apostoli: *Dopo la resurrezione fu con loro quaranta giorni, entrando ed uscendo, mangiando e bevendo* (At 1, 3), non perché avesse bisogno di togliersi la sete o la fame, ma facendo trasparire persino in questi [aspetti] la verità della [sua] carne: che ormai non aveva la necessità di mangiare e di bere, ma la potestà. Dunque questo – i quaranta giorni - indicò, dicendo: *per poco ancora sono con voi*; o qualcos'altro? Può infatti essere inteso anche così: *per poco ancora sono con voi*, anch'io, come voi, ancora un poco sono in questa debolezza della carne, finché morirà e risorgerà, perché dopo che risorse, certo fu con loro, come si è detto, quaranta giorni, con la manifestazione della presenza corporale, tuttavia senza condividere con loro la debolezza umana.

C'è anche un'altra divina presenza ignota ai sensi mortali, della quale parimenti dice:

*Si Deus clarificatus est in eo, et Deus clarificabit eum in semetipso.* Hoc est: *Si Deus clarificatus est in eo*, quia non venit facere voluntatem suam, sed voluntatem eius qui misit illum; *et Deus clarificabit eum in semetipso*, ut natura humana in qua est filius hominis, quae a Verbo aeterno suscepta est, etiam immortalī aeternitate donetur. *Et continuo*, inquit, *clarificabit eum*. Resurrectionem scilicet suam, non sicut nostram in fine saeculi, sed continuo futuram hac attestazione praedicens. Ipsa est enim clarificatio, de qua Evangelista iam dixerat, quod paulo ante commemoravi, quia propterea nondum Spiritus datus erat illo novo modo in eis, quibus fuerat eo modo post resurrectionem credentibus dandus, quia Iesus nondum fuerat clarificatus: id est, nondum fuerat mortalitas immortalitate vestita, et in aeternam virtutem temporalis infirmitas commutata. Potest et de ista clarificatione dictum videri: *Nunc clarificatus est Filius hominis*; ut quod ait *nunc*, non ad imminente[m] passionem, sed ad vicinam resurrectionem pertinere credatur, tanquam fuerit factum quod erat tam proxime iam futurum. Hodie Dilectioni vestrae ista suffecerint; cum donaverit Dominus, de consequentibus disseremus.

## TRACTATUS LXIV

*Filioli, adhuc modicum vobiscum sum. Quaeritis me* (Io 31-36).

*Adhuc modicum vobiscum sum.* Adhuc, sicut illi, in infirmitate carnis etiam ipse erat, donec scilicet moreretur atque resurgeret; quia postquam resurrexit, cum illis quidem fuit diebus quadraginta exhibitione corporalis praesentiae, sed non cum illis fuit consortio infirmitatis humanae.

**1.** Advertenda est, carissimi, dominicorum verborum ordinata connexio. Cum enim superius dixisset, posteaquam Iudas egressus est, et ab illa sanctorum etiam corporali conversatione seiunctus est: *Nunc clarificatus est Filius hominis, et Deus clarificatus est in eo*: quod sive futurum regnum significans dixit, quando mali separabuntur a bonis, sive quod eius resurrectio tunc futura esset, id est, differenda non esset, sicut in finem saeculi nostra differtur: ac deinde addidisset: *Si Deus clarificatus est in eo, et Deus clarificabit eum in semetipso, et continuo clarificabit eum*, quod sine ulla ambiguitate de sua resurrectione continuo futura testatus est: adiecit, atque ait:

*Filioli, adhuc modicum vobiscum sum.* Ne putarent ergo quod sic eum clarificaturus esset Deus, ut non eis coniungeretur ulterius ea conversatione qua in terra est; *Adhuc modicum*, inquit, *vobiscum sum*: tanquam diceret: Continuo quidem resurrectione clarificabor; non tamen continuo ascensurus in coelum, sed *adhuc modicum vobiscum sum*. Sicut enim scriptum est in Actibus Apostolorum, fecit cum eis post resurrectionem quadraginta dies intrans et exiens, manducans et bibens: non quidem habens esuriendi ac sitiendi egestatem, sed usque ad ista carnis insinuans veritatem, quae cibandi ac potandi iam non habebat necessitatem, sed potestatem. Hos ergo quadraginta dies significavit dicendo: *Adhuc modicum vobiscum sum*, an aliquid aliud? Potest enim et sic intellegi: *Adhuc modicum vobiscum sum*: Adhuc, sicut vos, in hac infirmitate carnis etiam ipse sum, donec scilicet moreretur atque resurgeret: quia posteaquam resurrexit, cum illis quidem fuit diebus, ut dictum est, quadraginta exhibitione corporalis praesentiae; sed non cum illis fuit consortio infirmitatis humanae.

**Praesentia usque ad passionem et usque ad ascensionem.**

**2.** Est et alia divina praesentia sensibus ignota mortalibus, de qua item dicit: *Ecce ego*

<sup>108</sup> Gv 13, 32. Mantengo la traduzione NCEI, che cerca di svolgere “in semetipso”.

<sup>109</sup> Gv 13, 32. L'intero versetto recita: “Si Deus clarificatus est in eo, et Deus clarificabit eum in semetipso: et continuo clarificabit eum.”. Come si vede, “et continuo” fa parte della conclusione del versetto; ma viene pure di seguito (“continuo”) a quanto appena citato. Il fatto che Beda, o l’edizione Migne, non lo propongano in corsivo potrebbe far propendere per questa seconda ipotesi; e, per contro, l’inciso “, inquit,” sembrerebbe facilitare la prima; resta poi la possibilità di un semplice errore di stampa.

<sup>110</sup> Provo a dipanare solo un pochino: Dio (eterna immortalità) ha glorificato in sé il Figlio dell’uomo (che è anche Verbo eterno) per poter assumere la natura umana. Pensiero, questo, che sono abituato a cogliere in ambito orientale: Dio che nel piano originario della creazione vuole fare piena comunione con la creatura, l’uomo. Per noi uomini, e (a causa del peccato) per la nostra salvezza, discese dal cielo.

<sup>111</sup> Cfr Gv 7, 39: “...: nondum enim erat Spiritus datus, quia Jesus nondum erat glorificatus.”. In italiano evidenzio con il corsivo.

<sup>112</sup> Gv 13, 33.

<sup>113</sup> Il riferimento ai quaranta giorni è in At 1, 3, ma le citazioni contenute nella parte in corsivo sono più complesse. “Intrans et exiens” è in At 9, 28 ed è riferita a Paolo che entrava ed usciva con gli apostoli dal tempio, ma qui serve a richiamare Cristo risorto che entra ed esce dal cenacolo a porte chiuse; e sempre a questo versetto possiamo riferire “Fuit cum eis”, che qui suona “erat cum illis intrans et exiens”. “Manducans et bibens” è in Mt 11, 19 o in Lc 7, 34 e suona come accusa rivolta a Gesù, mentre qui serve per rievocare sinteticamente lo stile delle sue apparizioni dopo la resurrezione. Infine, se le ricerche informatiche non mentono, “post resurrectionem” compare solo in Mt 27, 53: “Et exeuntes de monumentis post resurrectionem ejus, venerunt in sanctam civitatem, et apparuerunt multis.” che, come si nota, si riferisce a tutt’altra situazione, ma pur sempre di corpi che “apparvero a molti dopo la sua resurrezione”. In italiano dovrei non evidenziare il passo col corsivo e avvertire con un “cfr” di che si tratti; ma, dopo aver smontato e rimontato, mi è troppo simpatico lasciare come lo ha voluto Beda, o i suoi più tardi editori.

*vobiscum sum usque ad consummationem saeculi* (Matth. XXVIII)<sup>114</sup>. Hoc certe non est *Adhuc modicum vobiscum sum*. Non enim modicum est *usque ad consummationem saeculi*. Aut si et hoc modicum est (volat enim aetas, et in oculis Dei mille anni sicut dies unus, aut sicut vigilia in nocte [Psal. LXXXIX]<sup>115</sup>), non tamen hoc significare voluisse credendus est nunc, quandoquidem secutus adiunxit:

*Quaeritis me, et, sicut dixi Iudaeis, quo ego vado, vos non potestis venire.*<sup>116</sup> Utique post hoc modicum quo vobiscum sum, *quaeritis me, et quo ego vado, vos non potestis venire*. Nunquid post consummationem saeculi, quo ipse vadit, venire non poterunt, et ubi est, quod aliquanto post in hoc ipso sermone dicturus est:

*Pater, volo ut ubi ego sum, et ipsi sint mecum* (Joan. XVII)<sup>117</sup>?

Non ergo de illa sua cum suis praesentia, qua cum illis est usque ad consummationem saeculi, nunc locutus est ubi ait: *Adhuc modicum vobiscum sum*; sed vel de infirmitate mortali, qua cum illis erat usque ad passionem suam; aut de praesentia corporali, qua cum illis futurus erat usque ad ascensionem suam.

Quodlibet horum quis eligat, cum fide non litigat.

Ne cui autem videatur abhorreere iste sensus a vero, quod dicimus Dominum mortalis carnis communionem, in qua cum discipulis usque ad passionem fuit,

significare potuisse dicendo: *Adhuc modicum vobiscum sum*,

apud alium quoque evangelistam post resurrectionem ejus verba attendat, ubi ait:

*Haec locutus sum vobis, cum adhuc essem vobiscum* (Luc. XXIV)<sup>118</sup>, quasi [An leg. Etsi?]<sup>119</sup> tunc erat cum ipsis simul assistentibus, videntibus, tangentibus, colloquentibus. Quid est ergo *cum adhuc essem vobiscum*, nisi: Cum adhuc essem in carne mortali, in qua estis et vos? Tunc enim in eadem carne quidem resuscitata, erat, sed cum illis in eadem mortalitate jam non erat.

Quapropter sicut ibi jam in mortalitate carnis veraciter ait: *Cum adhuc essem vobiscum*, ubi nihil aliud intelligere possumus quam: Cum adhuc essem in carnis mortalitate vobiscum: ita et hic non absurde dixisse intelligitur:

*Adhuc modicum vobiscum sum*, tanquam diceret: Adhuc modicum,

sicut vos estis, mortalis sum. Ergo sequentia videamus:

*Quaeritis me; et, sicut dixi Iudaeis, quo ego vado, vos non potestis venire.*

*Et vobis dico modo*, hoc est, modo non potestis.<sup>120</sup> Iudaeis autem cum hoc diceret non addidit *modo*. Isti itaque non poterant venire tunc quo ille ibat, sed poterant postea. Nam hoc apostolo Petro apertissime paulo post ait.

Cum enim dixisset ille: *Domine, quo vadis?* respondit ei: *Quo ego vado, non potes me modo sequi, sequeris autem postea.*<sup>121</sup> Sed hoc quid sit non negligenter est praetereundum. Quo enim sequi tunc non poterant discipuli Dominum, sed postea poterant? Si dixerimus ad mortem, homini nato quod invenitur tempus quo ad moriendum non sit idoneus, quandoquidem talis est in corpore corruptibili hominum sors, ut non sit ea facilior vita quam mors? Non igitur adhuc minus idonei erant sequi Dominum ad mortem, sed minus idonei erant sequi Dominum ad vitam quae non habet mortem. Illo quippe ibat Dominus, ut resurgens a mortuis jam non moreretur, et mors ei ultra non dominaretur (Rom. VI)<sup>122</sup>. Moriturum quippe Dominum pro justitia, quomodo jam fuerant secuturi, adhuc martyrio non maturi?

aut iterum Dominum ad immortalitatem carnis quomodo jam fuerant secuti quandolibet morituri, sed in saeculi fine resurrecturi?

Aut iterum Dominum ad sinum Patris, nec relicturum eos,

unde non recessit cum venisset ad eos, quomodo iam fuerant secuturi; cum esse nemo possit in illa felicitate, nisi perfectus in charitate? Ideoque docens quomodo idonei esse possent pergere quo ille antecedeat:

*Ecco, io sono con voi [...] fino alla consumazione del secolo* (Mt 28, 20). Certo questo non è *per poco ancora sono con voi*. Non è poco infatti *fino alla consumazione del secolo*. E se anche ciò è poco (infatti il tempo vola, e agli occhi di Dio *mille anni, ai tuoi occhi, sono come un solo giorno [...], come un turno di veglia nella notte* [Sal 89, 4]), non è da credere, tuttavia, che volesse riferirsi a questo, dato che proseguendo aggiunse:

*Voi mi cercherete ma, come ho detto ai Giudei, [...] dove vado io, voi non potete venire*. Cioè, dopo questo poco tempo in cui sono con voi, *voi mi cercherete, e dove vado io, voi non potete venire*. Forse che, dopo la consumazione del secolo, non potranno andare dove egli va; e dov'è, dato che, molto dopo in questo medesimo discorso, dirà: *Padre, voglio che siano anch'essi con me dove sono io* (Gv 17, 24)? Quindi non ha parlato di quella sua presenza coi suoi, per mezzo della quale è con loro sino alla consumazione del secolo, dove dice: *per poco ancora sono con voi*; ma, o alla debolezza mortale nella quale era con loro fino alla sua passione, o alla presenza corporale, per mezzo della quale sarebbe stato con loro fino alla sua ascensione. Qualsiasi di queste [interpretazioni] si scelga, nessuna litiga con la fede.

Ma se a qualcuno sembrerà di rigettare dal vero questa interpretazione con cui abbiamo detto che il Signore abbia potuto indicare la comunione nella carne mortale, nella quale fu insieme ai discepoli sino alla passione, dicendo: *per poco ancora sono con voi*, tenga conto delle sue parole dopo la resurrezione anche presso un altro evangelista, dove dice: *Questo io vi dissi quando ero ancora con voi* (Lc 24, 44). Benché allora fosse con loro, che sia gli erano a fianco, lo vedevano, lo toccavano e parlavano con lui. Che significa dunque: *quando ero ancora con voi*, se non: Quando ero ancora nella carne mortale, nella quale siete anche voi? Allora infatti in quella medesima carne senza dubbio risuscitata, c'era, ma con loro, nella medesima mortalità, oramai non c'era. Motivo per cui, come appunto lì nella mortalità della carne, dice con verità: *quando ero ancora con voi*, dove non possiamo intendere altro che: Quando ancora ero nella mortalità della carne con voi; così anche qui non è assurdo intendere che abbia detto: *per poco ancora sono con voi*, come se avesse detto: Ancora per poco sarò mortale, così come voi lo siete. Motivo per cui vediamo ciò che segue.

*Voi mi cercherete ma, come ho detto ai Giudei, ora lo dico anche a voi: dove vado io, voi non potete venire*, cioè, ora non potete. Ai Giudei, invece, quando aveva detto ciò non aveva aggiunto *ora*. Questi pertanto non potevano andare allora dove andava, ma avrebbero potuto poi. Infatti dice ciò palesemente all'apostolo Pietro poco dopo. Quando infatti quegli disse: *Signore, dove vai?* gli rispose: *Dove io vado, tu per ora non puoi seguirmi; mi seguirai più tardi*. Ma cosa significhi dobbiamo approfondirlo in modo non negligente. Dove, infatti, i discepoli non potevano seguire il Signore allora, ma potevano poi? Se dicessimo alla morte, per un uomo nato che tempo si trova in cui non sia idoneo a morire, dal momento che la sorte degli uomini nel corpo corruttibile è tale che non le sia più facile la vita che la morte? Non erano quindi ancora idonei a seguire il Signore nella morte, ma erano meno idonei a seguire il Signore nella vita che non ha morte. Sì, il Signore andava là dove *risorgendo dai morti non sarebbe più morto; la morte non avrebbe avuto più potere su di lui* (Rm 6, 9). Infatti come avrebbero seguito il Signore che andava a morire per la giustizia, ancora non maturi per il martirio? o, di nuovo, come avrebbero seguito il Signore sino alla immortalità della carne, in qualunque momento fossero morti, dato che sarebbero risorti alla fine del secolo? O, di nuovo, come avrebbero seguito il Signore nel seno del Padre, dal quale non si era allontanato per venire sulla terra, senza abbandonarli, dato che nessuno può essere in quella felicità se non è perfetto nella carità? E perciò, insegnando come potessero essere idonei a giungere là dove egli li precedeva:

*vobiscum sum, usque ad consummationem saeculi*. Hoc certe non est:

*Adhuc modicum vobiscum sum*: non enim modicum est usque ad consummationem saeculi. Aut si et hoc modicum est (volat enim aetas, et in oculis Dei mille anni sicut dies unus, aut sicut vigilia in nocte),

non tamen hoc significare voluisse credendus est nunc, quandoquidem secutus adiunxit:

*Quaeritis me, et sicut dixi Iudaeis, quo ego vado, vos non potestis venire*. Utique post hoc modicum quo vobiscum sum: *Quaeritis me, et quo ego vado, vos non potestis venire*. Numquid post consummationem saeculi, quo ipse vadit, venire non poterunt? Et ubi est quod aliquanto post in hoc ipso sermone dicturus est:

*Pater, volo ut ubi ego sum, et ipsi sint mecum?*

Non ergo de illa sua cum suis praesentia, qua cum illis est usque ad consummationem saeculi, nunc locutus est, ubi ait: *Adhuc modicum vobiscum sum*: sed vel de infirmitate mortali, qua cum illis erat usque ad passionem suam; aut de praesentia corporali, qua cum illis futurus erat usque ad ascensionem suam.

Quodlibet horum quis eligat, cum fide non litigat.

3. Ne cui autem videatur abhorreere iste sensus a vero, quod dicimus Dominum mortalis carnis communionem, in qua cum discipulis usque ad passionem fuit,

significare potuisse dicendo: *Adhuc modicum vobiscum sum*;

apud alium quoque evangelistam post resurrectionem verba eius attendat, ubi ait:

*Haec locutus sum vobis, cum adhuc essem vobiscum*: quasi tunc non erat cum ipsis simul assistentibus, videntibus, tangentibus, colloquentibus.

Quid est ergo, *cum adhuc essem vobiscum*, nisi, cum adhuc essem in carne mortali,

in qua estis et vos? Tunc enim quidem in eadem carne resuscitatus erat;

sed cum illis in eadem mortalitate iam non erat.

Quapropter sicut ibi iam immortalitate carnis indutus veraciter ait, *cum adhuc essem vobiscum*; ubi nihil aliud intellegere possumus, nisi, cum adhuc essem in carnis mortalitate vobiscum: ita et hic non absurde dixisse intellegitur:

*Adhuc modicum vobiscum sum*, tamquam diceret, adhuc modicum

sicut vos estis, mortalis sum ego. Ergo sequentia videamus.

**Quomodo possumus pergere quo ille antecessit.**

*4. Quaeritis me, et sicut dixi Iudaeis, quo ego vado, vos non potestis venire,*

*et vobis dico modo*. Hoc est, modo non potestis. Iudaeis autem cum hoc diceret, non addidit *modo*. Isti itaque venire non poterant tunc quo ille ibat, sed poterant postea: nam hoc apostolo Petro apertissime paulo post ait.

Cum enim dixisset ille: *Domine, quo vadis?* respondit ei: *Quo ego vado, non potes me modo sequi; sequeris autem postea*. Sed hoc quid sit, non negligenter est praetereundum. Quo enim sequi tunc non poterant discipuli Dominum, sed postea poterant? Si dixerimus ad mortem: homini nato quod invenitur tempus, quo ad moriendum non sit idoneus; quandoquidem talis est in corpore corruptibili hominum sors, ut non sit in ea facilior vita quam mors? Non igitur adhuc minus idonei erant sequi Dominum ad mortem, sed minus idonei erant sequi Dominum ad vitam quae non habet mortem. Illo quippe ibat Dominus, ut surgens a mortuis iam non moreretur, et mors ei ultra non dominaretur. Moriturum quippe Dominum pro iustitia quomodo iam fuerant secuturi, adhuc martyrio non maturi?

Aut iturum Dominum ad immortalitatem carnis, quomodo iam fuerant secuturi, quandolibet morituri, sed in saeculi fine resurrecturi?

Aut iturum Dominum ad sinum Patris, nec relicturum eos,

unde nec recessit cum venisset ad eos, quomodo iam fuerant secuturi; cum esse nemo possit in illa felicitate nisi perfectus in caritate? Ideoque docens quomodo idonei esse possint pergere quo ille antecedeat:

<sup>114</sup> Mt 28, 20 Vulg.: “et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem saeculi.”; NCEI traduce: “Ed ecco, io sono con voi tutti i giorni, fino alla fine del mondo.”; naturalmente, come già visto altrove, emendo la traduzione di “saeculi”.

<sup>115</sup> Sal 89, 4 Vulg.: “Quoniam mille anni ante oculos tuos tamquam dies hesternae quae praeteriit: et custodia in nocte”; VL: “Quoniam mille anni ante oculos tuos Domine, sicut dies unus sicut hesternae dies, quae praeteriit, Et sicut custodia in nocte.”; Sabatier: “Hebr. Quia mille anni in oculis tuis, sicut dies hesternae quae pertransiit, Et vigilia nocturna.”.

<sup>116</sup> Gv 13, 33.

<sup>117</sup> Gv 17, 24 Vulg.: “Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi sum ego, et illi sint mecum.”.

<sup>118</sup> Lc 24, 44: “Haec sunt verba, quae locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum.”.

<sup>119</sup> L'edizione Migne solleva il dubbio; il testo a stampa di Agostino conferma il “quasi”, ma seguito da un “non” che manca in Beda. Due soluzioni che non mutano il risultato.

<sup>120</sup> Gv 13, 33. Anche “et sicut dixi Iudaeis” fa parte del versetto; quindi in italiano lo evidenzio in grassetto.

<sup>121</sup> Gv 13, 36.

<sup>122</sup> Rm 6, 9 Vulg.: “resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur.”; nella traduzione adeguo i tempi.

*Mandatum novum*, inquit, *do vobis, ut diligatis invicem*.<sup>123</sup> Hi sunt gressus quibus sequendus est Christus.

Nonne jam hoc erat mandatum in antiqua Dei lege, ubi scriptum est:

*Diliges proximum tuum tanquam teipsum* (*Levit. XIX*)<sup>124</sup>? Cur ergo novum mandatum appellatur a Domino, quod tam vetus esse convincitur? An ideo est mandatum novum, quia exuto vetere induit nos hominem novum? Innovat quippe audientem, vel potius obedientem, non omnis, sed ista dilectio quam Dominus ut a carnali dilectione distingueret, addidit: *Sicut dilexi vos*.<sup>125</sup> Nam diligunt invicem mariti et uxores, parentes et filii, et quaecunque alia homines inter se necessitudo humana devinixerit, ut taceamus de dilectione culpabili atque damnabili qua diligunt invicem adulteri et adulterae, scortatores et meretrices, et quoscumque alios non humana necessitudo, sed humanae vitae noxia turpitudine conjungit. Mandatum ergo novum nobis dedit Christus, ut diligamus invicem, sicut ipse dilexit nos.

Dilectio ista nos innovat, ut simus homines novi, haeredes testamenti novi, cantatores cantici novi. Haec dilectio, fratres charissimi, antiquos etiam justos tunc patriarchas et prophetas, sicut postea beatos apostolos, innovavit, ipsa et nunc innovat gentes, et ex universo genere humano, quod diffunditur in toto orbe terrarum, facit et colligit populum novum, corpus novae nuptae, Filii Dei unigeniti sponsae, de qua dicitur in Cantico canticorum: *Quae est ista quae ascendit dealbata* (*Cant. III, VIII*)<sup>126</sup>? Utique dealbata, quia innovata. Unde, nisi mandato novo, propter quod pro invicem in ea sollicita sunt membra?

Audiunt enim atque custodiunt. *Mandatum novum do vobis, ut vos invicem diligatis*,<sup>127</sup> non sicut se diligunt qui corrumpunt, nec sicut se diligunt quia homines, sed se diligunt, quoniam dii sunt, et filii Altissimi omnes, ut sint Filio ejus unico fratres, ea dilectione invicem diligentes, qua ipse dilexit eos, perducturus eos ad illum finem qui sufficiat eis, ubi satiatur in bonis desiderium eorum. Tunc enim aliquid desiderio non deerit, quando omnia in omnibus Deus erit.

Nolite itaque putare, fratres mei, in hoc quod ait Dominus: *Mandatum novum do vobis, ut vos invicem diligatis*, illud magnum praetermissum esse, quo praecipitur ut

*Vi do*, dice, *un comandamento nuovo: che vi amiate gli uni gli altri*. Sono questi i passi coi quali seguire Cristo.

Forse che questo comandamento non c'era già nell'antica legge di Dio, dove è scritto: *Amerai il prossimo tuo come te stesso* (*Lv 19, 18*)? Perché allora il Signore chiama nuovo un comandamento che risulta essere così antico? O per questo è nuovo perché, dismesso il vecchio, ci riveste dell'uomo nuovo? Innova certo chi ascolta, o piuttosto chi obbedisce, non uno qualsiasi, ma questo amore; e il Signore per distinguerlo da quello carnale, aggiunse: *come io ho amato voi*. Infatti si amano vicendevolmente marito e moglie, genitori e figli, e gli uomini che una qualunque altra necessità umana abbia vincolato tra loro; per non parlare dell'amore colpevole e riprovevole con cui si amano l'un l'altro, adulteri ed adultere, bordellieri e prostitute, e tutti quelli che, non la necessità umana, ma la nefasta turpitudine della vita umana congiunge. Cristo dunque ci ha dato un comandamento nuovo, perché ci amiamo gli uni gli altri, come egli ci ha amati. Questo amore ci rinnova, per essere uomini nuovi, eredi del testamento nuovo, cantori del cantico nuovo. Questo amore, fratelli carissimi, ha rinnovato anche gli antichi giusti: i patriarchi e i profeti, come poi i beati apostoli; esso anche ora rinnova le genti, e genera e raccoglie da tutto il genere umano, diffuso su tutto il globo terrestre, un sol popolo nuovo, il corpo della novella moglie, sposa dell'unigenito Figlio di Dio, della quale nel Cantico dei Cantici si dice: *Chi è costei che ascende tutta vestita di bianco* (*Ct 8, 5*)? Sì, bianca perché rinnovata. Da cosa, se non dal comandamento nuovo, a causa del quale le membra sono in lei sollecite l'uno dell'altro?

Infatti ascoltano e custodiscono. *Vi do un comandamento nuovo: che vi amiate gli uni gli altri*, non come si amano i corruttori, né come si amano in quanto uomini, ma si amano perché sono dèi, e figli tutti dell'Altissimo, per essere fratelli dell'unico Figlio suo, amandosi a vicenda di quell'amore con cui li ha amati egli stesso, conducendoli a quel fine che li appaghi, dove il loro desiderio sarà saziato di beni<sup>134</sup>. Allora infatti, non mancherà alcunché al desiderio, quando Dio sarà tutto in tutti<sup>135</sup>.

Non vogliate dunque ritenere, fratelli miei, che, in ciò che dice il Signore: *Vi do un comandamento nuovo: che vi amiate gli uni gli altri*, sia stato dimenticato quello più

*Mandatum*, inquit, *novum do vobis, ut diligatis invicem*. Hi sunt gressus quibus sequendus est Christus:

sed de his sermo uberior in aliud tempus est differendus.

## TRACTATUS LXV

*Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos* (Io 13, 34-35).

Mandatum novum dedit nobis Christus ut diligamus invicem, sicut et ipse dilexit nos. Dilectio ista nos innovat, ut simus homines novi, haeredes Testamenti Novi, cantatores cantici novi.

**Mandatum novum ut simus homines novi.**

**1.** Dominus Iesus mandatum novum se discipulis suis dare testatur, ut diligant invicem: *Mandatum*, inquit, *novum do vobis, ut diligatis invicem*.

Nonne iam erat hoc mandatum in antiqua Dei lege, ubi scriptum est:

*Diliges proximum tuum tanquam teipsum*? Cur ergo novum appellatur a Domino, quod tam vetus esse convincitur? An ideo est mandatum novum, quia exuto vetere induit nos hominem novum? Innovat quippe audientem, vel potius obedientem, non omnis, sed ista dilectio quam Dominus ut a carnali dilectione distingueret, addidit, *sicut dilexi vos*. Nam diligunt invicem mariti et uxores, parentes et filii, et quaecumque alia inter se homines necessitudo humana devinixerit: ut taceamus de dilectione culpabili atque damnabili, qua diligunt invicem adulteri et adulterae, scortatores et meretrices, et quoscumque alios non humana necessitudo, sed humanae vitae noxia turpitudine coniungit. Mandatum ergo novum dedit nobis Christus, ut diligamus invicem, sicut et ipse dilexit nos.

Dilectio ista nos innovat, ut simus homines novi, haeredes Testamenti Novi, cantatores cantici novi. Haec dilectio, fratres carissimi, antiquos etiam tunc iustos, tunc Patriarchas et Prophetas, sicut postea beatos Apostolos innovavit: ipsa et nunc innovat gentes, et ex universo genere humano quod diffunditur toto orbe terrarum, facit et colligit populum novum, corpus novae nuptae Filii Dei unigeniti sponsae, de qua dicitur in Cantico canticorum: *Quae est ista quae ascendit dealbata*?

utique dealbata, quia innovata; unde nisi mandato novo?

Propter quod pro invicem sollicita sunt membra in ea;

*et si patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra, et si glorificatur unum membrum, congaudent omnia membra.*

Audiunt enim, atque custodiunt: *Mandatum novum do vobis, ut vos invicem diligatis*: non sicut se diligunt qui corrumpunt, nec sicut se diligunt homines, quoniam homines sunt; sed sicut se diligunt, quoniam dii sunt et filii Altissimi omnes, ut sint Filio eius unico fratres, ea dilectione invicem diligentes, qua ipse dilexit eos, perducturus eos ad illum finem qui sufficiat eis, ubi satiatur in bonis desiderium eorum. Tunc enim aliquid desiderio non deerit, quando omnia in omnibus Deus erit.

Talis finis non habet finem. Nemo ibi moritur, quo nemo pervenit, nisi huic saeculo moriatur, non morte omnium, qua corpus ab anima deseritur; sed morte electorum, qua etiam cum in carne mortali adhuc manetur, cor sursum ponitur. De quali morte dicebat Apostolus: *Mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo*. Hinc fortasse dictum est: *Valida est sicut mors dilectio*. Hac enim dilectione fit ut in isto adhuc corruptibili corpore constituti moriamur huic saeculo, et vita nostra abscondatur cum Christo in Deo: imo ipsa dilectio est mors nostra saeculo, et vita cum Deo. Si enim mors est quando de corpore anima exit, quomodo non est mors quando de mundo amor noster exit? *Valida est ergo sicut mors dilectio*. Quid ea validius, qua vincitur mundus?

**Qui diligit proximum in eo diligit Deum.**

**2.** Nolite itaque, fratres mei, putare in hoc quod ait Dominus: *Mandatum novum do vobis, ut vos invicem diligatis*, illud maius praetermissum esse mandatum, quo

<sup>123</sup> Gv 13, 34.

<sup>124</sup> Lv 19, 19 Vulg., 19, 18 NCEI. Vulg.: “et diliges proximum tuum sicut teipsum.”; Sabatier in nota: “Tertul, verg l. contra Jud. c. 2. p. 156. a. sic: *Diliges pmximum tibi tanquam te*: sed monet Pamel. in Mss. legi *tuum*.”, e nei Capitula di Lv: “XLVII. *Diliges proximum tuum tanquam te*. c. 19. c. 18.”.

<sup>125</sup> Gv 13, 34.

<sup>126</sup> Il versetto di Vulg.: è in Ct 3, 6: “Quæ est ista quæ ascendit per desertum” e 8, 5: “Quæ est ista quæ ascendit de deserto,” ma “dealbata” è solo in Ct 8, 5 VL: “Quae est haec, quae ascendit dealbata,” e Sabatier in nota: “Auct. l. de Trin. ap. Ambr. col. 338. f. *Quae est ista, quae ascendit dealbata, innitens supra fratrualem suam?* Ita quoque legit Hieron. in Isai. 29. to. 3. 249. e. & in Ezech. 27. col. 886. a. Vide etiam in Soph. 2. col. 1667. b. & in Zach. 3. col. 1721. f. & epist. ad Eustoch. to. 4. p. 2. col. 27. f. August. de Gra. & l. arb. to. 10. 725. c. *Quae est ista, qua ascendit dealbata, incumbens super fratrualem suam*: item *dealbata*, trad. 65. in Joh. to. 3. 674. e. & in Ps. 44. col. 395. f. cui suffragatur Cassiod. in Ps. 4. & 44. p. 21. c. 153. c.”. Per la traduzione mi servo di quella presente in “Commento morale a Giobbe” trad. di Emilio Gandolfo, in “Opere di Gregorio Magno”, Città Nuova Editrice 1992-2001, lib. XVIII, LIII, 87.

<sup>127</sup> Gv 13, 34.

<sup>134</sup> cfr Sal 102, 5.

<sup>135</sup> cfr 1Cor 15, 28.

diligamus Dominum Deum nostrum *ex toto corde, et ex tota anima, et ex tota mente* (Matth. XXII)<sup>128</sup>.

Sed bene intelligentibus utrumque invenitur in singulis. Nam et qui diligit Deum, non potest eum contemnere praecipientem ut diligit proximum, et qui sancte ac spiritaliter diligit proximum, quid in eo diligit nisi Deum? Ipsa est dilectio ab omni mundana dilectione discreta: quam distinguendo addidit Dominus: *Sicut dilexi vos*. Quid enim nisi Deum dilexit in nobis, non quod habebamus, sed ut haberemus, ut perducatur nos, sicut paulo ante dixi, ubi sit *Deus omnia in omnibus* (I Cor. XV)? Sic etiam medicus recte dicitur aegros diligere; et quid in eis diligit, nisi salutem, quam cupit utique revocare; non morbum, quem venit expellere? Sic ergo et nos invicem diligamus, ut, quantum possumus, invicem ad habendum in nobis Deum cura dilectionis attrahamus.

Hanc dilectionem donat ipse nobis qui ait:

*Sicut dilexi vos, ut et vos diligatis invicem.*<sup>129</sup> Ad hoc ergo nos dilexit, ut et nos diligamus invicem, hoc nobis conferens diligendo nos, ut mutua dilectione constringamur inter nos, et tam dulci vinculo connexis membris, corpus tanti capitis simus.

*In hoc, inquit, cognoscent omnes quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis in invicem.*<sup>130</sup> Tanquam diceret: Alia munera mea habent vobiscum etiam non mei, non solum naturam, vitam, sensum, rationem, et eam salutem quae hominibus peccatoribusque communis est, verum etiam linguas, sacramenta, prophetiam, scientiam, fidem, distributionem rerum suarum pauperibus, et traditionem corporis sui ut ardeant, sed quoniam charitatem non habentes, ut cymbala concrepant, nihil sunt, nihil eis prodest (I Cor. XI). Non ergo in illis quamvis bonis muneribus meis, quae habere possunt etiam non discipuli mei, sed *in hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis in invicem*. O sponsa Christi, pulchra inter mulieres!<sup>131</sup> o dealbata ascendens, et incumbens super fratrualem tuam<sup>132</sup>, quoniam cujus lumine illustraris ut candeas, ejus adjutorio fulciris ne cadas! o quam bene tibi cantatur in illo Cantico canticorum, velut epithalamio tuo: Quia charitas in deliciis tuis (Cant. VIII)! Ipsa non comperdit cum impiis animam tuam. Ipsa non discernit causam tuam, et sicut mors valida est<sup>133</sup>, et in deliciis tuis est. Quam mirandi generis mors est, cui parum fuit non esse in poenis, nisi esset insuper in deliciis?

*Dicit ei Simon Petrus, Domine, quo vadis?*<sup>139</sup> Sic utique hoc dixit magistro discipulus, et Domino servus, tanquam sequi paratus. Propterea quippe Dominus, qui ejus animum vidit quare hoc interrogaverit, sic ei respondit:

grande, col quale ci è prescritto di amare *il Signore Dio* nostro *con tutto il cuore, con tutta l'anima, con tutta la mente* (Mt 22, 37).

Ma per chi intende bene, l'uno e l'altro si ritrovano nei singoli<sup>136</sup>. Perché: chi ama Dio, non può trascurarlo quando gli prescrive di amare il prossimo; e chi ama il prossimo santamente e spiritualmente, chi in lui ama se non Dio? Questo è l'amore, distinto da ogni amore mondano; per distinguere il quale il Signore aggiunse: *come io ho amato voi*. Cosa, infatti, se non Dio, egli ha amato in noi; non perché lo avevamo, ma perché lo avessimo, per condurci, come dicevo poco fa, là dove *Dio* sarà *tutto in tutti* (1Cor 15, 28)? In questo senso giustamente si dice che il medico ama gli ammalati; e cosa ama in essi, se non la salute che vuol certo far tornare, non la malattia che viene a scacciare? Amiamoci dunque anche noi a vicenda, così che, per quanto possiamo, siamo stimolati a vicenda ad avere Dio in noi, grazie alla premura dell'amore. Questo amore ce lo dona colui stesso che dice:

*Come io ho amato voi, così amatevi anche voi gli uni gli altri*. Per questo dunque ci ha amati, perché anche noi ci amiamo a vicenda; Questo ci ha conferito amandoci: che ci stringiamo fra noi con mutuo amore e, legate le membra da un vincolo così soave, siamo corpo di tanto capo.

*Da questo, dice, tutti sapranno che siete miei discepoli: se avete amore gli uni per gli altri*. Come a dire: Gli altri miei doni li ha in comune con voi chi non è mio: non solo la natura, la vita, i sensi, la ragione, e quella salute che è comune agli uomini e ai peccatori, ma anche le lingue, i sacramenti, la profezia, la scienza, la fede, il distribuire i propri averi ai poveri, il dare il proprio corpo perché lo brucino, ma in quanto non hanno la carità, strepitano come cembali, non sono nulla, nulla giova loro (cfr 1Cor 13, 1-3). Dunque non da questi miei doni, benché buoni, che può avere anche chi che non è mio discepolo, ma *da questo tutti sapranno che siete miei discepoli: se avete amore gli uni per gli altri*. O sposa di Cristo, bella tra le donne! tu che ascendi vestita di bianco, e appoggiata al tuo amato, per essere inondata della sua luce e rifulgere, per essere sostenuta dal suo aiuto e non cadere! o quanto bene si canta di te in quel Cantico dei Cantici, quasi tuo epitalamio: Perché, *l'amore fra le tue delizie* (Ct 7, 6)<sup>137</sup>! Questo [amore] non perde la tua anima insieme agli empì. Questo [amore] non giudica la tua causa, è valido come la morte, ed è fra le tue delizie. Di quale strano genere è [questa] morte, cui fu poco non essere fra i tormenti, se non fosse stata per sopraggiunta fra le delizie?<sup>138</sup>

*Simon Pietro gli disse: «Signore, dove vai?»* Così certo disse il discepolo al maestro, e il servo al Signore, quasi pronto a seguirlo. Per questo, dunque, il Signore, che aveva visto nel suo animo perché lo aveva interrogato, gli risponde così:

praecipitur ut diligamus Dominum Deum nostrum ex toto corde, ex tota anima, et ex tota mente:

tamquam enim hoc praetermisso videtur dictum, *ut diligatis invicem*, velut hoc ad illud alterum non pertineat, quo dictum est: *Diliges proximum tuum tamquam teipsum. In his enim duobus praeceptis, inquit, tota Lex pendet, et Prophetiae.*

Sed bene intellegentibus utrumque invenitur in singulis. Nam et qui diligit Deum, non eum potest contemnere praecipientem ut diligit proximum; et qui sancte ac spiritaliter diligit proximum, quid in eo diligit nisi Deum? Ipsa est dilectio ab omni mundana dilectione discreta, quam distinguendo addidit Dominus, *sicut dilexi vos*.

Quid enim nisi Deum dilexit in nobis? Non quod habebamus, sed ut haberemus: ut perducatur nos, sicut paulo ante dixi, ubi sit Deus omnia in omnibus.

Sic etiam medicus recte dicitur aegros diligere: et quid in eis nisi salutem diligit,

quam cupit utique revocare, non morbum, quem venit expellere?

Sic ergo et nos invicem diligamus, ut quantum possumus, invicem ad habendum in nobis Deum cura dilectionis attrahamus.

Hanc dilectionem nobis donat ipse qui ait:

*Sicut dilexi vos, ut et vos diligatis invicem*. Ad hoc ergo nos dilexit, ut et nos diligamus invicem; hoc nobis conferens diligendo nos, ut mutua dilectione constringamur inter nos, et tam dulci vinculo connexis membris corpus tanti capitis simus.

**3.** *In hoc cognoscent, inquit, omnes quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis in invicem:* tamquam diceret: Alia munera mea habent vobiscum etiam non mei, non solum naturam, vitam, sensum, rationem, et eam salutem quae hominibus pecoribusque communis est; verum etiam linguas, Sacramenta, prophetiam, scientiam, fidem, distributionem rerum suarum pauperibus, et traditionem corporis sui ut ardeant: sed quoniam charitatem non habent, ut cymbala concrepant, nihil sunt, nihil illis prodest. Non ergo in illis quamvis bonis muneribus meis,

quae habere possunt etiam non discipuli mei; sed *in hoc cognoscent omnes quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis in invicem*. O sponsa Christi pulchra inter mulieres! o dealbata ascendens, et incumbens super fratrualem tuam! quoniam cuius lumine illustraris ut candeas, eius adiutorio fulciris ne cadas: o quam bene cantatur tibi in illo Cantico canticorum velut epithalamio tuo: *Quia caritas in deliciis tuis!*

Ipsa non comperdit cum impiis animam tuam; ipsa discernit causam tuam,

et sicut mors valida est, et in deliciis tuis est. Quam mirandi generis mors est,

cui parum fuit non esse in poenis, nisi esset insuper in deliciis!

Sed hic iam iste sermo claudatur: ab alio exordio tractanda sunt quae sequuntur.

## TRACTATUS LXVI

*Dicit ei Petrus: Quare non possum te sequi modo? Animam meam ponam pro te* (Io 13, 36-38).

Ante mortem et resurrectionem Domini, Petrus et mortuus est negando, et revixit plorando; sed mortuus est, quia superbe ipse praesumpsit; revixit autem, quia benigne ille respexit.

**1.** Cum Dominus Iesus sanctam dilectionem qua se invicem diligenter, discipulis commendaret:

*Dicit ei Simon Petrus: Domine, quo vadis?* Sic utique hoc dixit Magistro discipulus, et Domino servus, tanquam sequi paratus. Propterea quippe Dominus, qui eius animum vidit quare hoc interrogaverit, sic ei respondit:

<sup>128</sup> Mt 22, 37 Vulg.: “Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et in tota anima tua, et in tota mente tua.”; Sabatier in nota: “August. [...] in Joh. 5. to. 3. 425. c. cum Orosio, l. cont. Pelag. p. 457. d. *Diliges Dom. D. t. ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente* (Oros. *virtute*) tua.”.

<sup>129</sup> Gv 13, 34.

<sup>130</sup> Gv 13, 35.

<sup>131</sup> Cfr Ct 1, 7 Vulg.: “o pulcherrima inter mulieres.”; NCEI 1, 8

<sup>132</sup> Cfr Ct 8, 5; si veda nota poco sopra. Quanto a “fratruelis”, letteralmente è “cugino”; nella traduzione ho aderito al testo NCEI.

<sup>133</sup> Cfr Ct 8, 6 Vulg.: “quia fortis est ut mors dilectio.”; VL: “quia valida est ut mors charitas.”. “Validus” può valere come sinonimo di “fortis”, e quindi essere passibile della traduzione classica di questo stico; ma può pure essere “valido”, “aver valore”, e opto per questa possibilità, perché mi sembra bello accostare questa immagine: l'amore ha la stessa validità (se vogliamo, anche legale) della morte, un legame indistruttibile, ma quanto alla sua forza il discorso può essere diverso perché sappiamo che, in Cristo, è stato, ed è, più forte.

<sup>136</sup> Comandanenti. Sta parlando dei due appena citati nel periodo che precede.

<sup>137</sup> Ct 7, 6 Vulg.: “Quam pulchra es, et quam decora, carissima, in deliciis!”; VL: “Quam pulchra et suavis facta es charitas, in deliciis tuis!”

<sup>138</sup> Se interpreto correttamente questo pensiero, è allusione alla morte sacrificale dello Sposo, di Cristo, che non è certo fra i tormenti della Sposa, la Chiesa, ma fra le sue delizie.

<sup>139</sup> Gv 13, 36.

*Quo ego vado, non potes me modo sequi.*<sup>140</sup> Tanquam diceret: Propter quod interrogas, non potes modo. Non ait *Non potes, sed non potes modo*. Dilationem intulit, non spem tulit; et eandem spem quam non tulit, sed potius dedit, sequenti voce confirmavit, addendo atque dicendo:

*Sequeris autem postea.*<sup>141</sup> Quid festinas, Petre? Nondum te suo spiritu solidavit petra. Noli extolli praesumendo, *non potes modo*. Noli dejici desperando, *sequeris postea*. Sed adhuc ille quid dicit?

*Quare non possum te sequi modo? Animam meam pro te ponam.*<sup>142</sup> Quid in animo suo esset cupiditatis videbat, quid virium non videbat. Voluntatem suam jactabat infirmus, sed inspiciebat valetudinem medicus. Iste promittebat, ille praenoscebat. Qui nesciebat audiebat, qui praesciebat docebat quantum sibi assumpserat Petrus, intuendo quid vellet, ignorando quid posset; quantum sibi assumpserat, ut cum Dominus venisset animam suam ponere pro amicis suis, ac per hoc et pro ipso, ille hoc Domino offerre confideret, et nondum pro se posita anima Christi, animam suam pollicetur positurum esse pro Christo.

*Respondit ergo Jesus: Animam tuam pro me pones.*<sup>143</sup> Itane? facies pro me, quod nondum ego pro te? *Animam tuam pro me pones?* Praeire potes, qui sequi non potes? Quid tantum praesumis? Quid de te sentis? Quid esse te credis? Audi quid sis.

*Amen, amen dico tibi, non cantabit gallus, donec me ter neges.*<sup>144</sup>

Ecce quomodo tibi cito apparebis, qui magna loqueris, et te parvulum nescis.

Qui mihi promittis mortem tuam, ter me negabis vitam tuam.

Qui te iam putas mori posse pro me, prius vive pro te. Nam timendo mortem carnis tuae, mortem dabis animae tuae.

Non enim ait: *Non cantabit gallus, donec hominem neges*; aut, sicut loqui familiariore cum hominibus dignatione consuevit: *Non cantabit gallus, donec Filium hominis ter neges*;

sed ait, *donec ter me neges*. Quid est, me, nisi quod erat?

et quid nisi Christus erat? Quidquid ergo ejus negavit, ipsum negavit;

Christum negavit, Dominum Deum suum negavit, quia et ille condiscipulus ejus Thomas quando exclamavit, *Dominus meus, et Deus meus* (Joan. XX), non Verbum, sed carnem tetigit: non incorpoream Dei naturam, sed hominis corpus curiosis manibus contrectavit. Hominem itaque tetigit, et tamen Deum cognovit. Si ergo quod iste tetigit, hoc Petrus negavit: quod iste clamavit, hoc Petrus offendit.

*Non cantabit gallus, donec me ter neges*. Dicas licet,

Hominem nescio<sup>145</sup>; dicas licet: *Homo, nescio quid dicis*<sup>146</sup>; dicas licet:

*Dove io vado, tu per ora non puoi seguirmi*. Come a dire: Quello per cui interroghi, non lo puoi per ora. Non dice: *Non puoi*, ma: *per ora non puoi*. Porta una dilazione, non asporta la speranza; e questa speranza, che non tolse, ma piuttosto diede, la confermò con quanto pronunciò di seguito, aggiungendo e dicendo:

*mi seguirai più tardi*. Perché ti affretti, Pietro? La pietra non ti ha ancora consolidato con il suo spirito. Non ti innalzare per presunzione, *per ora non puoi*. Non abbatterti per disperazione, *mi seguirai più tardi*. Ma cosa dice quello a questo punto?

*Perché non posso seguirti ora? Darò la mia vita per te!* Vedeva che desiderio c'era nel suo animo, non ne vedeva le forze. L'infermo vantava la sua volontà, ma il medico indagava lo stato di salute. Questo prometteva, quello conosceva in anticipo. Chi non conosceva era audace, mentre chi già sapeva ammoniva di quanto s'era fatto carico Pietro - che vedeva cosa volesse, ignorava cosa potesse - di quanto s'era fatto carico: dato che il Signore era venuto a dare la sua vita per i suoi amici e perciò anche per lui, egli pretendeva di offrire ciò al Signore, e, prima che Cristo offerisse la propria per lui, prometteva di offrire la sua vita per Cristo.

*Rispose Gesù: «Darai la tua vita per me*. Davvero? tu farai per me ciò che io non ho ancora fatto per te? *Darai la tua vita per me?* Puoi precedere, tu che non puoi seguire? Perché presumi tanto? Che concetto hai di te? Cosa ti credi essere? Ascolta cosa sei.

*In verità, in verità ti dico: non canterà il gallo, prima che tu non m'abbia rinnegato tre volte*. Ecco come presto apparirai a te stesso, tu che dici grandi parole, e non sai di essere piccolo. Tu che prometti a me la tua morte, tre volte rinnegherai me, tua vita. Tu che credi di poter già morire per me, prima vivi per te. Temendo infatti la morte della tua carne, darai la morte alla tua anima.

Infatti non dice: *Non canterà il gallo, prima che tu abbia rinnegato l'uomo*; oppure, come era solito, con degnazione, parlare più familiarmente con gli uomini: *Non canterà il gallo prima che tu non abbia rinnegato tre volte il Figlio dell'uomo*; ma dice: *prima che tu non m'abbia rinnegato tre volte*. Che vuol dire “me”, se non ciò che egli era? e cos'era se non il Cristo? Qualunque cosa, dunque, abbia rinnegato di lui, ha rinnegato lui, ha rinnegato Cristo, ha rinnegato il Signore Dio suo; perché anche il suo condiscipolo Tommaso quando esclamò: *Mio Signore, e mio Dio!* (Gv 20, 28), non toccò il Verbo, ma la carne; non palpò con mani curiose l'incorporea natura di Dio, ma il corpo dell'uomo. Toccò dunque l'uomo, eppure conobbe Dio. Se dunque ciò che questi ha toccato Pietro lo ha rinnegato, ciò che questi ha confessato Pietro lo ha offeso. *Non canterà il gallo prima che tu non m'abbia rinnegato tre volte*. Di' pure: *Non conosco l'uomo*; di' pure: *O uomo, non so quello che dici*; di' pure: Non sono dei suoi

*Quo ego vado, non potes me modo sequi*: tamquam diceret: Propter quod interrogas, non potes modo. Non ait, non potes; sed *non potes modo*: dilationem intulit, non spem tulit; et eandem spem quam non tulit, sed potius dedit, sequenti voce firmavit, addendo atque dicendo:

*Sequeris autem postea*. Quid festinas, Petre? Nondum te suo spiritu solidavit petra. Noli extolli praesumendo, *non potes modo*: noli deici desperando, *sequeris postea*. Sed adhuc ille quid dicit?

*Quare te non possum sequi modo? Animam meam pro te ponam*. Quid in animo eius esset cupiditatis, videbat; quid virium, non videbat. Voluntatem suam iactabat infirmus, sed inspiciebat valetudinem medicus; iste promittebat, ille praenoscebat: qui nesciebat, audebat; qui praesciebat, docebat. Quantum sibi assumpserat Petrus intuendo quid vellet, ignorando quid posset? quantum sibi assumpserat, ut cum venisset Dominus animam suam ponere pro amicis suis, ac per hoc et pro ipso, ille hoc Domino offerre confideret: et nondum pro se posita anima Christi, animam suam polliceretur se positurum esse pro Christo?

*Respondit ergo Jesus: Animam tuam pro me pones?* Itane facies pro me, quod nondum ego pro te? *Animam tuam pro me pones?* Praeire potes, qui sequi non potes? Quid tantum praesumis? quid de te sentis? quid esse te credis? Audi quid sis:

*Amen, amen dico tibi; non cantabit gallus, donec ter me neges*.

Ecce quomodo tibi cito apparebis, qui magna loqueris, et te parvulum nescis.

Qui mihi promittis mortem tuam, ter negabis vitam tuam.

Qui te iam putas mori posse pro me, prius vive pro te: nam timendo mortem carnis tuae, mortem dabis animae tuae.

Quanta enim vita est confiteri Christum, tanta mors est negare Christum.

**Petrus mortuus est negando, et revixit plorando.**

**2.** An apostolus Petrus, sicut eum quidam favore perverso excusare nituntur, Christum non negavit, quia interrogatus ab ancilla hominem se nescire respondit, sicut alii evangelistae contestantur expressius? Quasi vero qui hominem Christum negat, non Christum negat; et hoc in eo negat quod factus est propter nos, ne periret quod fecerat nos. Ergo qui ita confitetur Christum Deum, ut hominem neget, non pro illo mortuus est Christus; quia secundum hominem mortuus est Christus. Qui negat hominem Christum, non reconciliatur per mediatorem Deo. *Unus enim Deus, et unus mediator Dei et hominum homo Christus Jesus*. Qui negat hominem Christum, non iustificatur; *quia sicut per inobedientiam unius hominis, peccatores constituti sunt multi; ita et per obedientiam unius hominis, iusti constituentur multi*. Qui negat hominem Christum, non resurget in resurrectionem vitae; *quia per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum: sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur*. Per quid autem caput est Ecclesiae, nisi per hominem, quod Verbum caro factum est? id est, Dei Patris Unigenitus Deus homo factus est. Quomodo est igitur in corpore Christi, qui negat hominem Christum? Qui enim caput negat, quomodo est membrum? Sed quid multis immorer, cum ipse Dominus abstulerit omnes humanae argumentationis ambages?

Non enim ait: Non cantabit gallus donec hominem neges; aut,

sicut loqui familiariore cum hominibus dignatione consuevit: Non cantabit gallus donec Filium hominis ter neges:

sed ait, *donec me ter neges*. Quid est, me, nisi quod erat?

et quid nisi Christus erat? Quidquid ergo eius negavit, ipsum negavit,

Christum negavit, Dominum Deum suum negavit. Quia et ille condiscipulus eius Thomas, quando exclamavit: *Dominus meus et Deus meus*, non Verbum, sed carnem tetigit; non incorpoream Dei naturam, sed hominis corpus curiosis manibus contrectavit. Hominem itaque tetigit, et tamen Deum cognovit. Si ergo quod iste tetigit, hoc Petrus negavit; quod iste exclamavit, hoc Petrus offendit.

*Non cantabit gallus, donec ter me neges*. Dicas licet:

*Nescio hominem*; dicas licet: *Homo, nescio quid dicis*; dicas licet:

<sup>140</sup> Gv 13, 36.

<sup>141</sup> Gv 13, 36.

<sup>142</sup> Gv 13, 37.

<sup>143</sup> Gv 13, 38.

<sup>144</sup> Gv 13, 38.

<sup>145</sup> Cfr Mt 26, 72: “Quia non novi hominem.” e 74: “quia non novisset hominem.”, oppure Mc 14, 71: “Quia nescio hominem istum.”.

<sup>146</sup> Lc 22, 60.

Non sum ex ejus discipulis<sup>147</sup>: me negabis. Si, quod dubitare nefas est, hoc Christus dixit, verumque praedixit, procul dubio Petrus Christum negavit. Non accusemus Christum, cum defendimus Petrum. Peccatum agnoscat infirmitas: nam mendacium non habet veritas. Agnovit plane peccatum suum infirmitas Petri, prorsus agnovit, et quantum mali Christum negando commiserit, plorando monstravit. Ipse suos redarguit defensores, et unde illos convincat, producit lacrymas testes. Neque nos cum ista dicimus, primum apostolorum accusare delectat; sed hunc intuendo, admoneri nos oportet, ne homo quisquam de humanis viribus fidat. Nam quid aliud pertinuit ad doctorem salvatoremque nostrum, nisi ut nobis, nequaquam de se quemquam debere praesumere, in ipso primo apostolorum demonstraret exemplum? In anima itaque contigit Petri, quod offerebat in corpore: non tamen pro Domino<sup>148</sup>, ut temere praesumebat, praecessit, sed aliter quam putabat? Nam quae<sup>149</sup> ante mortem et resurrectionem Domini, et mortuus est negando, et revixit plorando. Sed mortuus est, quia superbe ipse praesumpsit, revixit autem quia benigne ille respexit.

discepoli: mi rinnegherai. Se - cosa che non si può mettere in dubbio - Cristo disse questo e predisse il vero, senza dubbio Pietro rinnegò Cristo. Non accusiamo Cristo, per difendere Pietro. La debolezza riconosca dunque il peccato: infatti la verità non ha menzogna. Senza dubbio la debolezza di Pietro riconobbe il suo peccato, lo riconobbe pienamente; e quanto male aveva commesso, rinnegando Cristo, lo mostrò piangendo. Egli stesso redarguisce i suoi difensori, e, onde convincerli, produce a teste le lacrime. Non è che, dicendo questo, ci diletiamo a condannare il primo degli apostoli; ma, vedendo ciò, opportunamente siamo avvertiti che nessun uomo può fidarsi delle forze umane. Che altro infatti si addiceva al nostro dottore e salvatore, se non dimostrarci proprio con l'esempio del primo degli apostoli che nessuno in nessun modo deve presumere di sé? Pertanto nell'anima di Pietro accadde ciò che aveva offerto col corpo<sup>150</sup>. Non precedette tuttavia il Signore, [non] come temerariamente aveva presunto, ma diversamente da come pensava? Infatti ciò [fece] prima della morte e della risurrezione del Signore: morì rinnegandolo, ritornò alla vita piangendo. Ma morì perché egli presunse superbamente, tuttavia ritornò alla vita perché quegli<sup>151</sup> [lo] guardò con benignità.

*Non sum ex discipulis eius*: me negabis. Si, quod dubitare nefas est, Christus hoc dixit, verumque praedixit, procul dubio Petrus Christum negavit. Non accusemus Christum cum defendimus Petrum. Peccatum agnoscat infirmitas; nam mendacium non habet veritas. Agnovit quippe peccatum suum infirmitas Petri, prorsus agnovit; et quantum mali Christum negando commiserit, plorando monstravit. Ipse suos redarguit defensores, et unde eos convincat, producit lacrymas testes. Neque nos cum ista dicimus, primum Apostolorum accusare delectat: sed hunc intuendo admoneri nos oportet, ne homo quisquam de humanis viribus fidat. Nam quid aliud pertinuit ad doctorem salvatoremque nostrum, nisi ut nobis nequaquam de se quemquam praesumere debere, in ipso primo Apostolorum demonstraret exemplo? In anima itaque Petri contigit quod offerebat in corpore. Non tamen pro Domino, ut temere praesumebat, praecessit, sed aliter quam putabat. Namque ante mortem et resurrectionem Domini, et mortuus est negando, et revixit plorando: sed mortuus est, quia superbe ipse praesumpsit; revixit autem, quia benigne ille respexit.

<sup>147</sup> Cfr Gv 18, 17: “Numquid et tu ex discipulis es hominis istius ? Dicit ille: Non sum.” e 25: “Numquid et tu ex discipulis ejus es ? Negavit ille, et dixit: Non sum.”.

<sup>148</sup> Pensiero piuttosto ermetico. La traduzione del testo di Agostino lo sviluppa, interpretando il “pro” come: “a favore di”, come “nel morire per il Signore”. Ma potrebbe pure essere: “a vantaggio di”, “a difesa di”, “invece di”, tutti passibili di significato nella frase. Potrebbe anche semplicemente rafforzare l’idea del “precedere”. Nella traduzione ho optato per questa soluzione in quanto mi è parsa la più neutra e meno bisognosa di ampliamenti.

<sup>149</sup> Nel testo di Agostino compare un più tranquillo “namque”. Se si tiene per buona la versione di Beda non vedo altra soluzione che interpretarlo come: “queste cose [fece]”.

<sup>150</sup> Cioè la morte / dare la vita.

<sup>151</sup> Ho cercato di mantenere il gioco tra “ipse” e “ille”, è bene essere certi che qui “ille” si riferisce al Signore.